Modicum et iā nō videbitis me. ꝛ iterū modicuꝫ et videbitis me. Joh. xvi. Videmus p expientiā q sicut res amota p sui pñtiam delectat. sic p eius absentiā contristat. Christus ḡ sciēs q sua pñtia corpalr erat delectabilis suis discipulis ꝛ q sua absentia corpal q̄ instabat p morte discipuli turbarent sic pius ꝛ benignus mgr eos cōsolat p dicēs eis illā subtractōꝫ nō esse ppetuā. sꝫ ad tps. nec lōgū sꝫ breue Dic ḡ [modicū] supple ē tps ꝛ iā istat i q̄ tpe [nō videbitis me] Per illō modicū itelligit tps ab hora mortis vsqꝫ ad resurrectōis horā. ꝛ sic ē sensus [Modicū] ꝛc. i. tps in q̄ nō vide. me p subtractōeꝫ a vob i mea morte erit breue [Et iteruꝫ modicū ꝛ vi. me] Per illō modicū itelligit tps ab hora resurrectionis sue vsqꝫ ad ascēsiōꝫ suā. qꝛ tūc iterū viderunt eum eo q tūc apparuit eis freqnter loqns d reg dī. ꝛ illō tps fuit modicū p ꝯpatiōeꝫ ad tps seqns vsqꝫ i finē mūdi. iō se qtr [qꝛ vado ad prēꝫ] q. d. Qñ ascēdā i celū tūc ñ videbitis me vsqꝫ in finē mūdi i rsurrectōe gñali. nā p illō tps ñ videbit corpalr ꝛ sēsibilr

p̄sentia in ꝓpria forma ⁊ cōit̄ ab oībus. Quis ex spāli apparuerit ⁊ apparere possit aliquibꝫ añ illud xp̄s. sicut btō iohi euāgeliste apparuit qñ eū ad se vocauit. et btō petro ad p̄ces fideliū exeūte vrbē a facie neronis apparuit dñs. Cui petrus dixit. Dñe quo vadis ⁊c.

¶ Et notandū. licꝫ dñs aliq̄bus apparuerit ⁊ adhuc ex spēali grā apparere possit amicis suis. caute tñ se habēdū est in hmōi visionibꝫ. qꝛ etiā diabolꝰ talibꝫ se īmiscet. et ꝑ plures apparitōnes tēptat vt in errorem et pctā ducat. Scribit̄ em̄. ij. ad Choꝝ. xi. ꝙ angelus sathane trāsfigurat se ī angelū lucis. qꝛ ex diuia ꝑmissione assumit sibi corpus in q̄ aliquando simulat ꝑsonā xp̄i aut alterius Et sic appꝛuit btō martino ⁊ mltꝭ aliīs. et multos decepit aliqñ inuisibiliter informādo cū voce audibili. sicut btō frācisco volens eū retrahere a penitētie rigore. ⁊ mltis aliīs modis nitit̄ decipe. Diceres exquo ita est ꝙ dñs aliquādo ve apparuit aliquibꝫ et adhuc apparere pōt. et etiā diabolꝰ qñꝫ deceptorie apparuit etiā in persona xp̄i. Si ergo aliqñ talis apparitio fieret alicui quō deberet se ad oēs eas habere. Rñdet̄ fm ꝙ legit̄ ex dictis scti Bonauē. in. ij. di. ix. et dicit̄ primo. si alicui cōtingerꝫ talis apparitio nō debet statim ei credere nec illud vt xp̄m adorare. sed exquo est res insolita dꝫ credulitatē suā suspēdere et debꝫ cogitare quō dicat btūs iohes in p̄ma canonica. c. iiij. Nolite oī spūi credere sed ꝓbate spūs an ex deo sint Etiā dñs inculcat nobis. multotiens cū dicit in euāgelio ꝙ mlti ī noīe suo sūt venturi mēdacit̄. Ita etiā sancti facientes in talibꝫ casibus simulatōes diaboli cognouerūt et eū a se fugauerūt. Legit̄ em̄ de btō martino ꝙ quadā die diabolus in forma regis purpura ⁊ diademate et aureis caligis ornatus sereno ore ⁊ leto sibi apparuit Cūqꝫ diu ambo tacuissent Martine agnosce quem colis. xp̄s ego sum descēsurus ad terras priꝰ tibi me manifestare volui. Ad h̄ cū martinus āmirās taceret. rursus ait. Martine cur dubitas credere cū me videas christus ego sū. Tūc ipe spūsancto doctus ait. Dñs iesus christꝰ nō se purpuratū aut diademate renitentē futuꝝ predixit ego xp̄m in ea forma q̄ passus est nisi crucis stigmata p̄ferentē non credā inuenisse. Ad hanc vocē ille disparuit ⁊ totā cellā fetore repleuit. Sic igit̄ debet hō nō p̄cipitanter agere. sed exquo res est insolita ⁊ incōsueta debet suspēdere credulitatē. qꝛ q̇ talibus raris cito credit leuis est corde. Secūdo debet ꝑ deuotā oratōem ad dñm recurrere vt corꝫ ipius illuminet. et q̇d facere debeat ondat. Dñs aūt facietes qd̄ in se est ⁊ deuote ad ip̄m recurrētes cōsueuit dirigere. erudire ⁊ adiuuare. aliquādo ꝑ internā inspiratōnem. aut dirigendo ad aliquem hoīeꝫ qui posset adiuuare sicut fecit de cornelio. aut flectēdo intellectū hoīs ad aliquē passum scripture aut ad aliquā historiam. ex cuius cōsideratōne dirigitur et adiuuat̄. aut aliquo alio mō sibi placenti. ¶ Secūdo dic̄ idem doctor ꝙ hmōi apparitiōes ñ sūt

desiderāde vt fiant. qꝛ qui eas de
siderat verisimiliter inflatꝰ est cor
de cum putat se ad hmōi visiones
et reuelatōes ydoneū. Tercio di/
cit. si fiant sunt ex hūilitate potius
formidande. ita eniʒ maria virgo
turbata est in sermōe angeli ⁊ co
gitabat qualis esset ista salutatio.
Unde btūs Berñ. de natiui. dñi
dicit. Maria nō altū sapit ita vt
etiā salutatōem angelicā vereatꝛ. si
cut inq̄t euangelista. Maria cogi
tans q̄lis esset illa salutatio nimi
rū indignam se salutatōe angeli/
ca reputabat. et forsitan talia me/
ditabatꝛ. Unde hoc mihi vt veniat
angelus dñi ad me. Sic igitꝛ nar/
ratꝛ de quodā patre sancto ꝙ cū ei
diabolus in specie christi appare/
ret ille clausis oculis dixit se ī hac
vita nolle xp̄m videre. ac diabolꝰ
eius humilitate cōfusus stati eua
nuit. Ecōtra de pluribꝫ narratꝛ q̄
se ad hmōi visiones idoneos re/
putabant ⁊ eas desiderauerunt q̄
in multas insanias ⁊ errores sūt
p̄cipitati. Hoc dixi ad incitādum
hoīes ne in hmōi rebus sint leues
⁊ p̄cipites ad cito credendū aut si
militer adorandū. aut ad stati fa/
ciendū quod illud visū suadꝫ aut
iubet. et dixi specialiter ꝓpter ali/
quos hoīes singulares. inueniūtꝛ
nanqꝫ aliq̄ hoīes qui postq̄ꝫ vt eis
videtꝛ diu pure ⁊ abstracte vixerūt
tantā habent cōplacentiā in vita
sua ꝙ putant molestias tēptatio
nū iā merito circa eos cessare de/
bere ⁊ deū nō debere ꝑmittere vt
tēptentꝛ. nō cōsiderantes quō san/
cto paulo stimulus datus fuit in
custodiā hūilitatis. ꝓ cuius ablati
one cū oraret fuit sibi respōsū. ⁊c.

Et aliqñ etiā ad hoc deueniūt ꝙ
desiderant visionē habere ⁊ orant
vt eis fiant. quod vt dictū est ex su
ꝑbia ꝓcedit. Ideo deus in ira sua
aliqñ ꝑmittit fantasticas appari
tiones vndecūqꝫ immitti vt fiant
deliri et fatui q̄ indebite cupiebāt
esse vates. Aliq̄ etiā sic se putāt ali
quādo familiares esse deo vt le/
uissime credant ip̄m semꝑ sp̄ualitꝛ
et supnaturaliter ac miracl'ose cir
ca eos singulariter agere. ⁊ deside/
rāt etiā aliqñ sine causa circa se mi
racula fieri qđ est vna sp̄es tēptā/
di deum. cū. s. hō obmittit qđ hu
mano mō facere pōt ⁊ totū com
mittit deo. Sunt etiā aliq̄ ita pro
prie prudētie innitētes. vt etiā bo
norū hominū ⁊ discretoꝝ cōsilia
ꝓ nihilo reputent et ideo seq̄ con/
temnant etiā friuole ⁊ sine discus/
sione. imo cum aliqñ āmonentur
vt aliq̄d de ipoꝝ vita mutent po/
tissime in austeritate nimia tunc
respōdent. Ego habeo bonā intē/
tionem. Ego facio propter deū ip̄e
nō ꝑmittit me deficere aut errare
Nōne illa est q̄dā supbia ex qua
putant se sic iustos ⁊ deo placen/
tes vt eos non ꝑmittat errare aut
deficere. Nonne est etiā temptatō
dei cū omisso imo spreto aliorum
cōsilio cōmittūt se soli deo. Non/
ne etiā illud est in eis grauis error
ꝙ credunt ad bonitatē opis suffi
cere bonitatē intentōis. cū multe
alie requirantꝛ circūstantie. Sic eī
Job postq̄ꝫ enūerauit magna ope
ra que indubie bona fecit intentō
ne statim subiunxit. Verebar oīa
opera mea. sic et tales merito ve/
rerentꝛ opera sua ⁊ nō certificarent
se de eis. P Circa p̄dictum

textũ [Itez modicũ et videbitis me qꝛ vado ad patrẽ] Diceret aliq̇s. Exquo christus ex gratia speciali aliq̃n appꝛuit aut apparere posset aliq̇bus ⁊c̄. Et cũ diabolus solet hoies ĩ hoc aliq̃n decipere. Queritur si diabolus trãsformat se et apparet homĩ etiã in forma christi an homo peccaret ip̄m adorando. R̃ndet Bonauen. in. iij. di. ix. Qꝫ dupliciter cõtingit honorẽ latrie exhiberi diabolo aduersario christi. Uno mõ simpliciter. Alio mõ sub conditõe. Simplicit̃ tunc nõ potest esse sine peccato. qꝛ exhibet̃ cultus latrie alteri q̃z deo. Et ideo ibi est cultus ydolatrie. nec excusat̃ homo rõe ignorãtie. Habet enĩ triplex adiutoriũ ꝑ qđ potest errorẽ vitare. Primũ est remediũ sacre scripture que incãtat hoĩes. Multotiẽs eĩ dicit ꝙ multi ĩ xp̄i noĩe sunt venturi mendacit̃. Secundũ est remediũ orõis interne. qua homo ad deũ debet recurrere vt cor eiꝰ illuminet. Terciũ est suspẽsio credulitatis sue. Nõ em̃ debet homo om̄i spiritui credere. sed ꝓbare si ex deo sint. Qui em̃ cito credit leuis ẽ corde. ⁊ fortassis ẽ inflatꝰ corde in talibꝰ raris ⁊ ĩconsuetis dũ ad tales visiones ⁊ reuelatõnes idoneũ se reputat. Un̄ tales apparitõnes potius sunt formidande q̃z desiderãde. sicut de h̄ stati dictũ est vt audistis. Si aũt adorarꝫ ip̄m sub cõditione actualiter cõsiderata. tũc nõ adorat luciferũ. sed xp̄m magꝭ. qꝛ nõ stat adoratõem nisi stante conditõne. et ad deum refert̃ adoratiõis implicatio. Si autẽ adorat sub conditione solũ habitualiter ꝯsiderata illud sufficit ad vitandũ peccatũ rẽspectu huius apparitõis insolite ⁊ insuete ad quã nõ debet seq̇ adoratõ p̄cipitãter. sed cũ maturitate p̄uia ⁊ oratione. Consecratio autẽ hostie est cõsueta. iõ sufficit ꝙ adorantes in habitu habeãt hanc cõditõem si debito mõ cõsecratio facta est. cũ qua conditõe oẽs fideles vadunt ad eccl'iam ad orãduꝫ christũ sub sacramẽto. Hec Bonauẽtura. ¶ Aliter possunt exponi illa verba vt ꝑ primũ modicũ ĩtelligat̃ tꝑus ab illa hora in q̄ dominus loquebat̃ discipul' suis vsqꝫ ad suam mortẽ ⁊ sepulturam. quia in eo videbant eũ. et sub illo subtractus est eis vt ip̄m ꝑ triduum nõ viderent. Un̄ Beđ. Quia tentus in illa nocte a iudeis ⁊ in mane crucifixus et sepultꝰ ab hũanis est seclusus obtutibꝫ. Et ꝑ secũdũ modicũ intelligit̃ tꝑus ab hora sepulture vsqꝫ ad horã resurrectõis. Post qđ viderũt christum ⁊ ptꝫ expositio. Predicta xp̄i verba erãt discipul' obscura anteq̃z essent oꝑe impletũ. Quia s̃m Chris. Tristicia mortis xp̄i amouebat ĩtelligentiã a mentibꝫ discipulorũ. ⁊ etiã quia videbat̃ eis quõ in xp̄i verbis esset quedã cõtrarietas cũ dixit. [Modicũ et non videbitis me ⁊ itez modicũ et videbitꝭ me] quia nõ sciuerũt illa referre ad diuersa tꝑa. Et ideo sequit̃ in littera. [Dixerũt ergo discipuli eiꝰ ad inuicem. Quid est hoc qđ dicit nob̄ modicũ et nõ videbitis me. Et iterũ modicũ ⁊ vide. me. qꝛ va. ad p. Dixer̃t ĝ. Quid est quod dicit nobis modicũ nescimꝰ q̇d loq̇tur.] Q. ¶ Est questio q̃re voluit resur

gere et nõ poti⁹ resurrectõez suam vsqз in finē mundi differre. Uide omeliā circa dñicā primā post pasca. Et nota q̈ adhuc tercio modo pñt ꝯm Aug. et Alchuinū expo-ni dicta verba christi. vt sit sensus [Modicū] supple tpus supest. s. vsqз ad ascensionē meā. et [tūc nō videbitis me] q̄diu viuetis ī carne. quia ascendo ad patrē post q̄draginta dies [Et iteꝝ modicum videbitis me] in regno celoꝝ [qꝛ vado ad patrē] Et illam expositōnem videt̄ dñs innuere in his q̄ sequunt̄ dicēs aplos debere plāgere ꝛ tristari in modico vite tēporꝭ p̄sentis ad modū pariētis mulieris. sed postea eternaliter gauisuri sunt in gloria. ¶ Et nota q̈ modica et breuis est p̄sens hoīs vita. ꝛ ita deus ordinauit. Primo vt homines p̄sentē vitā breuē cōtemnerent ꝛ celestē eternā desiderarent. Secūdo vt homines illud tēpus modicū totū ad dei opus expenderent. Si enim longa esset vita nostra forte tederet aliquē diu bñ operari. nūc breuis est et ideo tota deo attribuat̄. Tercio vt hō citi⁹ temptationēs et p̄icula euadat. tota em̄ p̄sens vita p̄iculis et tēptationibus est exposita. Tetēdit em̄ diabolus laq̄os in omni creatura vt artius tēptet. ex quo scit q̈ modicū est tēpus vite nostre. et q̈ cito euademus man⁹ eius. Quarto vt deus homines cito ad se reducerꝫ. Sicut em̄ q̄ aliq̄s diligūt non diu sine eis esse volūt. Joh. xvij. Pater quos dedisti mihi volo vt vbi ego sum illic mecū sint. Quinto vt hoīes modicū laborarent. et ipe ꝑ modico labore multum retribueret mercedis quia ñ sunt cōdigne passiones hui⁹ tp̄is ad futurā ꝛc. Sequit̄ [Cognouit aūt iesus qꝛ voluerūt eū interrogare] hoc cognouit virtute diuinitatis cui⁹ ꝓpriū est cognoscere secreta cordiū [Et ideo dixit eis] ꝑueniendo eoꝝ interrogatōem vt oñderet se scire mentis eoꝝ intentiōeꝫ. [Amen amen] i. vere [dico vobis qꝛ plorabitis et flebitis vos] q. d. Per hoc qd̄ dixi [Modicū ꝛ nō vide. ꝛc.] intelligit̄ tpus mee mortis vsqз ad resurrectōem in q̄ flebitis ꝓpter meā absentiā [mūdus aūt gaudebit] qꝛ in triduo mortis iudei mūdialiter viuētes sunt gauisi credentes sese xp̄m totalr̄ extīxisse et nomen suū totaliter deleuisse. Uniuersalr̄ mūdus. i. mali q̄ sunt in mūdo gaudebūt in p̄secutōe iustoꝝ vel gaudebūt in rebus mūdanis [Uos āt ꝯtristabimi] de passionibꝫ q̄s in mūdo sustinebitis vel de occisione mea. Sic et scti tristat̄ d̄ sibi illatꝭ passiōibꝫ ꝛ d̄ pctis [sꝫ tristicia vr̄a ꝟtet̄ ī gau.] Quia ī tp̄e q̄ eis dñs p⁹ resurrectionē apꝑuit gauisi st̄ viso dño ꝛ vltra tristicia scōꝝ ꝟtet̄ ī gaudiū future vite. ꝛ glie. ꝛ seq̄tur. [Mlier cū parit tristiciā hꝫ. qꝛ ve. h. ei⁹. cū āt pepit iā ñ memīt p̄ssure p̄ gaudio. qꝛ nat⁹ ē hō ī m̄dꝫ] qd̄ dixit d̄clarat exēplo mlierꝭ ꝑturiētꝭ. q. d. Sic mlier ī ꝑtu tristiciā patit̄. sꝫ illā t̄sticiā absorbꝫ gaudiū supueniens ī natiuitate pueri. sic vos fideles tristiciā hēbitꝭ ī mea passiōe et morte. sꝫ gaudebitis ī mea r̄surrectōne que est tanq̄з natiuitas hominis d̄ vita mortali ad immortalem. Ad illam tristiciam aptat exemplū vt sequitur. [Et vos tristiciam habebitis] s. tp̄e mee passi

onis[Iterū aūt videbo vos. Jscȝ post resurrectōnē [ꝛ gaudebit cor vestrū. ꝛ gaudiū vestrū nemo tollet a vob] qꝛ vita xp̄i de qua gaudebant nō fuit amplius auferēda Et illud gaudiū apostoloꝝ de visione xp̄i fuit inchoatū in xp̄i resurrectōe et in glīa ascēsionis cōsummatū. et sic ꝑpetuatū Rn̄ Et notādū q̄ ſm hāc terciā expositiōnē plena est p̄ns vita penalitatib⁹ et defectibus. aduersitatibus ꝛ miserijs quib⁹ hō cōteritur. ꝛ nūq̄ȝ in eodē statu ꝑmanȝ. vt dꝛ Job. xiij. sed iā calet. iā friget. iā sitit. iāȝ esurit. iā timet. iā tristaꝭ. iā dolet ꝛ infirmaꝭ. iā afficiꝭ aut fatigaꝭ. et nihil est in hac vita stabile ꝛ totaliꝭ placēs. sed oīa p̄ntia carnalia aut mūdana sūt quasi q̄busdā amaritudinib⁹ mordacibus ꝛ pūgitiuis cōspersa. Sed diceres. Quare deus voluit breuē homīs vitā tā penalē facere. ꝛ multis miscere malꝭ Rn̄det ꝛvilbelmus de vicijs ꝛ virtutibus. ꝑte. i. in materia de ꝓuidentia. Ex diuina ꝓuidentia et paterna sollicitudo creatoris ita ordinauit ad multiplex bonū hominuȝ Quis em̄ nō videat q̄ si mundus ille nō haberȝ nisi pacem dulcedinē et delicias inseparabili adherentia in se detineret homines et a bonis futurꝫ ꝛ virtutibus tante auerteret vt forte nulli has vel illa curarent. aut auferrent homini bona felicitatis eterne. ꝓpter quod tamē solus creatus est. et inferret sibi maluȝ damnatōis eterne quo nullū peius. benignissim⁹ creatoꝛ vitā illam amaricare voluit. ne sua dulcedine alliceret ad se homines et sic eos a bono ad q̄d ipōs creauit auerteret. ꝛ in maluȝ contrariuȝ eosdem ꝑtraheret. sed suis amaritudinibus et quasi aculeis que quodāmodo animos hominū a se repelleret. et ad spiritualia bona et eterna faceret aspirare Hic predictus doctoꝛ plura ponit exempla. Primuȝ est. Nutrix videns paruuluȝ tempe ablactationis dulcedine lactis adeo allectū. vt ab eo se separari nō permittat. nec ad solidiorē ac conuenientiorem cibū inclinari velle. sūmitates papillarum aliqua aspergit amaritudine quā paruulus sentiens in papillis sponte eas deserit et refugit ꝛ ad mensam patris inhiat. et postea comedit. Ita pater misericordiarū volens homines ablactare. ꝛ ab vberibus huius seculi. i. ab amore presentiū ſm solū sensum carnaliter atq̄ȝ seculariter delectantiū separare et eos assuefacere ad solidos cibos spiritualium deliciarum et ad mensam celesteȝ prouocare. ipsa delectabilia presentia corporalia et secularia aspergit multis amaritudinibus. scilicȝ tribulationibus. aduersitatibus. ꝛc. Sed videtis q̄ paruuli ita aliquando anhelant ad vbera carnalia matrū vt inconsolabiliter fleāt cū ista eis auferūtur aut negaꝭ. et signant illos qui corpore grandeui et aliquando capitibus cani tā pueriles sūt moribus vt ita adhereāt amore p̄ntib⁹ delectatiōib⁹. q̄ etiā cū eiulatu ꝛ lachrymis lugeāt ablata sibi tp̄alia aut negata siue nō concessa. quia vtiq̄ȝ tanto minus sunt capaces solide resurrectionis spiritualiuȝ deliciarum quanto plus inhiant

vberib9 p̄sentiū delectationū. di/
cente Gre. Quāto vnusq̄sq3 plus
delectat᷑ in infimis tanto min9 ca
pit de celestib9 et sup̄nis. Sc̄dm
exēplū. p̄rfamilias videns filiū ī
loco p̄iculoso accepto gladio ip̄m
crebro p̄cutiēs. absterret cū īde at
q3 diffugat. Ita deus oīpotēs pa
ter noster cui manifesta sūt omia
p̄icula. omiaq3 noxia huius habi/
tatōis multa pauit flagella. s. pe/
stilentiā. lites. famē. infirmitate3
morte p̄secutōes. opp̄ssiones zc̄.
quib9 flagellat homies absterret
z diffugat ne adhereāt. Terciu3
exemplū est de vino valde inebą
tiuo et aq̄ tp̄ante fortitudinē vini
Vn̄ voluptates carnales z secla/
res inebriant vsq3 ad brutalē insi
pientiā z insaniā atq3 dementiā. ī
hoc sunt siles vino fortissimo et
maxime inebriatiuo. tribulatōes
v̄o z aduersitates et dolores zc̄.
faciūt hominē q̄si sobriū. et rede/
untē ad cor et deū cognoscentem
ac q̄rentē. Vnde ps. Multiplica
te sunt infirmitates eoꝝ postea ac
celerauerūt. Et iteꝝ. Imple facies
eoꝝ ignominia et q̄rent nomē tu
um dn̄e. Et in h̄ tribulatōes mun
di simillime sūt aque fortitudinē
vini tp̄antis. mō p̄rfamilias fre
nus si vinū apponendū alumnis
suis aut filijs scit esse noxiū. ip̄is
p̄pter sui fortitudinē z vini ineba
tionē vtiq3 tp̄at mixtura aq̄. Ita
pater nr̄ celestis sciēs voluptates
secli nobis p̄nicio͂sissimas eē eas
nobis tp̄auit admixtione multa/
rū amaritudinū. Hoc ideo dixi vt
ex eis cognoscerem9 z laudarem9
diuinā voluntatē et bonitatē que
tā multipliciter nobis ꝯtulit qui
b9 iuuaremur et incitaremur ad
merendū salutē nr̄am q̄ nihil me
lius eē potest. Sc̄do vt ex eis lau/
darem9 diuinā p̄uidentiā q̄ ī reb9
nihil frustra esse sinit. sed ita sapiē
ter oīa ordinauit et disposuit vt nō
solū bona sed etiā s̄m se mala ad
multiplicē nostꝝ p̄ueniāt p̄fectū.
Et tercio vt de cetero nō murmu
remus sub flagellis dei. sed illa n̄
solū libent᷑ sed etiā gaudent᷑ susti/
neamus certi q̄ ip̄a ex p̄rīna p̄uisi
one ordinant᷑ ad multiplicē nr̄m
p̄fectū etiā nobis adhuc icognitū.
vt ad p̄suatōem alicui9 mali q̄d
al̄s incaderem9. aut ad p̄motōne3
alicuius boni q̄d al̄s negligerem9
Quāuis aūt dn̄s oīpotens vita3
p̄sentē sic ex causis p̄dictis amari
cauit nō tn̄ eā totā amarā fecit et
penalē sed amaritudinib9 ꝯmiscu
it multa z dulcia suauia et delecta
bilia. vt sunt cibus pot9 somnus.
q̄es pax et securitas. z alia multa
nobis ꝯueniētia et delectabilia cō
tulit q̄ tn̄ oīa nō sunt nisi q̄dā asp̄
siones p̄modice et odores p̄tenu/
es respectu immēse diuie suauita
tis. vt ait Aug. q̄ aliq̄d in illā regi
onē asp̄git᷑. Et in p̄mo libro d̄ v̄a
religiōe dicit. Ve illis q̄ se auertūt
a lumie tuo et ī carnali suo opere
velut in vmbra sua defixi delectāt᷑
Vbi tn̄ habent q̄d eos delectet d̄
circūfulgentia lucis tue ac si dice/
res de circūcisiōe suauitatis tue. vt
exponit zvilh. in tractatu de v̄tu
tib9. Sic g̃ oīs suauitas hui9 mū
di z q̄rūcunq3 creaturaꝝ ē velut as
p̄sio modica et odor tenuis et ve/
stigiū minimū diuie suauitatis. et
h̄mōi suauitas q̄rūcūq3 creatura
rū est nobis ad h̄ data a diuia lar

gitate vt nos alliciat inuitet et feruēter tēdere facit ad plenitudinē suauitatis imense a quo totū stillauit et effluxit. recte eo mō q̄ odor ipm odorātē allicit ad odorabile a q̄ effundit. et aspsio ad plenitudinē a q̄ stillauit et vestigium ad impmentē illud. Sic ergo esuriēs aut sitiēs nō est cōtētus aspsione plenitudis quā nitit habere nec odore aut sapore cibi aut potus. sed p hec icitat vt magis desideret et feruēti9 tēdat in ista. et sicut venator nō ē cōtētus fere vestigio sed p illud manuducit et incitatur ad ferā insectādā. Sic nos hoīes nō debemus cōtenti esse nec sistere i suauitatib9 p̄sentiū rerū puis nec eas ꝓpter se q̄rere. sz debem9 p eas cōmoneri ad cognoscendū et tota mēte q̄rendū plenitudinē īmensitatis diuie suauitatis A q̄ oīa illa tāq̄ vestigia et odores tenues deriuata sūt cuius tn̄ cōtrariū multi faciūt. q̄ spreto diuie suauitatis fonte copiosissimo ac redūdātissimo aspsiōes p̄dictas lingūt tota mēte adherēt ac īmergūtur. imo in eis inebriāt vt ad omnes brutales insipiētias insaniāt. Et est merito miserāda miserabil' illa tante multitudis hominū captio et immersio demētissima in vna guttula suauitatis quā p̄fert abyssali fonti diuie suauitat. imo propter istā guttulā nihil curant vbertatē dom9 dei et torrentē voluptatis: q̄bus potādi et inebriādi sunt oēs electi. iuxta illud p̄s. Inebriabunt ab vbertate dom9 tue. et torrente voluptatis tue potabis eos.

Dn̄ica q̄rta p9 pasca

Sermo xlv

Vado ad eū q̄ me misit. et nemo ex vobis interrogat etc. Johan. xvi. S Dn̄s nr̄ an̄ hoc euangeliū dixit aplis de tribulationib9 eorū futuris. et quō infectores eorꝫ reputarēt se obsequiū p̄stare deo. et h̄ videbat aplis nimis durꝫ. Postea subiunxit de recessu suo cū dixit i hodierno euāgelio. [Vado ad eū q̄ me misit] .i. ascēdo in ꝓximo ad p̄rem. Discipuli aūt adhuc impfecti de p̄mo valde territi fuerūt. eo q͏ videbat eis nimis durū et extraneū. Et de scd̄o valde ꝯtristati fuerūt. eo q͏ sperabāt p̄sentia xp̄i in tribulatōib9 cōsolari. et ideo existēs duob9 atterriti total' obmutuert. et iō dn̄s exprobrādo dixit eis [Et nemo ex vob interrogat me q̄ vadis.] sz hoc iō est [q2 hec locut9 sum vobis] de tribulatōib9 futur et recessu meo. ideo [tristicia ipleuit cor vestrum. Sed ego vitatē dico vobis. expedit vobis vt ego vadā. si eīn n̄ abiero paclitus nō veniet i vos. Si aūt abiero mittā eū ad vos] Diceres. nunq̄d dn̄s i terra positus poterat aplis mittere spm̄ sanctū Rn̄det q͏ potuit sicut et p9 resurrectionē suā insufflauit et dixit. Accipite spm̄ sanctū q̄ꝝ remiseritis etc. Sic ḡ in terra positus dabat spm̄ sanctū sine q̄ nō fuissent in gr̄a et sine pctō mortali. Sz nō dedit eis in tāta pfectōe et abūdātia donorū sicut post ascēsiōem suā. nec tūc fuerūt apti ad tātā abūdantiā spiritussctī. eo q͏ affectio carnal' quā habebāt ad hūanitatē xp̄i quam

exteriꝰ cernebāt/ ī eis feruorē dilc
ctionis spūalis remittebat fidem
diuitatis. Quādiu eñ delectabāť
in p̄sentiali forma hūanitatꝭ xp̄i.
tādiu minꝰ ꝑfecte intuebāť i eodē
formā diuitatis. Vñ Aug. ⁊ bed.
Nisi aspectibꝫ corꝑalibꝫ humana
forma subtraheretˀ sꝑ carnalꝛ dile
xissent. nec ita spūalꝛ diuinum ali
q̇d cogitare potuissent. q̄ꝫdiu eñ
deū et hoīem secū cōuersantē con
uescentē et colloq̄ntē habebāt/ eiꝰ
p̄sentia delectati/ minꝰ ad sciēduꝫ
diuinitatē oclos mentꝭ erigebāt.
Postq̄ꝫ aūt dñicū corpus ad de/
xtrā patrꝭ collocare nouerūt/ illuc
totū suū desideriū transtulerūt q̊
caput p̄cessisse cognouerūt. Juxta
hoc qđ alibi audierūt Math. vi.
Vbi est thesaurꝰ tuus ibi ⁊ cor tu
um. ideoq̄ꝫ iā capaces facti erāt non
vltra de morte cōtristati. sꝫ de pro
missiōis eiꝰ munere letificati luca
attestāte q̇ ait Act. j. Et factū ē dū
bn̄diceret illis recessit ab eis ⁊ fere
baťin celū. ⁊ ipi adorātes regressi
sunt in hierl'm cū gaudio magno
Ex h̄ potestꝭ cōsiderare/ ex q̊ eleua/
tio mentis ad celestia et diuina ⁊
spūsscti missionē ex ꝑte aploꝝ ipe
diebat cōuersatio xp̄i ⁊ cōplacētia
hūanitatis ipiꝰ et p̄ntia/ q̄ erat sā/
cta. tā honesta. tā casta. tā plēa ḡti
arū. quantū in nobis amorē cele/
stiū ⁊ aduētū spūsscti īpedit amor
nr̄e carnis. q̄ nec ē casta nec pudi/
ca sed ī peccatis ꝯcepta. in pctīs na
ta ⁊ in pctō nutrita. ⁊ mala ꝯsue/
tudie multiplꝛ viciata. q̄ntūcūq̄ꝫ ī
pedit amor mūdi ⁊ oīm inferioꝝ.
De q̄ mūdo dixit dñs Johā. xiiij
ꝙ spm̄ veritatis nō pōt accipere.
Et intelligit ꝑ mundū hoīes mū
dū inhabitātes. nō q̇dem carnali
ter solū. qꝛ sic etiaꝫ christus ⁊ apli
erāt in mūdo sed ꝑ mētalē curaꝫ.
ꝑ p̄uatā affectōem. ꝑ carnalē dele
ctatōem. ꝑ reꝝ tꝑaliū cōtrectatio/
nē et totalē in eis occupationē. q̄n
to nāq̄ꝫ hoīes plus gaudent et de
lectanť in rebus infimis tāto mi/
nus capiūt de rebus celestibꝫ ⁊ su
ꝑnis. vt dicit Grego. in ome. pen
theco. Et Math. vi. Non potestisˀ
deo seruire ⁊ māmome. sic nec deo
⁊ mūdo. aut carni qꝛ cōtraria. De
us celestia iubet amare. ⁊ illa infe
riora despicere. mūdus ⁊ caro re/
trahūt ad oppositū. Sequiť. Et
cum venerit arguet mundū ꝑ sā/
ctos aplos quibꝫ audaciaꝫ dedit
mūdanos homines arguēdi. Vn
de August. sup Job. Spūssctūs
arguet mundū de peccato. quasi
diceret. Ille infundet charitatē in
cordibus vestris. et sic timore de/
pulso arguēdi habebitis libertatē
de tribꝫ. scꝫ de pctō qđ habuerūt
principaliter infidelitatis qꝛ non
crediderūt in xp̄m quo pctō ma/
nente cetera detinenť. qꝛ sine fide
mediatoris dei et hoīm nullū di/
mittiť peccatū. Et de iusticia xp̄i
quā nō acceptauerunt nec imitari
voluerunt. que tamē vere declara
ta est ꝑ hoc ꝙ surrexit et ad p̄reꝫ
rediens ad celos ascendit. propť
quod postea subditur. Quia va
do ad patrem. et iam non vide/
bitis me presentia corporali vo/
biscum cōtinue cōuersantē seu ha/
bitantem. Et de iudicio eterne
damnatōnis: quod iam non ti/
ment. et merito timere deberent.
quia princeps huius mundi iaꝫ
iudicatus est id est diabolus iaꝫ

sentẽtia diuīa eternal'r damnatus
est.et ita dānabūt oēs q̇ eū ī pctīs
imitant.[Adhuc mlta habeo vo/
bis dicere sed nō potestis portare
mō] ꝓpter vr̄am impfectōꝫ ⁊ illo
rū dicendoꝝ de altissimis fidei ar
duitatē [Cū aūt venerit ille spūs
ṽitatis] .i. spūsctūs q̇ est ṽitas p
eēntiā.et effectiue docendo eā[ille
docebit vos oīa] necessaria ad sa
lutē.nō solū ꝓ psonis vr̄is .sꝫ etiā
ad regimen eccl'ie et fideliū instru
ctōem.Et qꝛ posset credere ꝙ spūs
sctūs esset filio maior exq̊ doctu/
rus fuit eos de maioribꝫ.iō hunc
errorē remouet dicēs [Nō em̄ lo/
quet a semetipō] qꝛ sicut nō est a
semetipō ita nō loquit a semetip
so [sed quecūqꝫ audiet] a me ⁊ pa
tre .qꝛ suū audire est ab eis proce
dere [loquet vobis]Et nō est in/
telligendū ꝙ oīa q̄ audit spūssan
ctus a filio annūciet qꝛ recipit īfi
nitā sciam.sed intelligendū est de
oībꝫ ptinentibꝫ ad salutē eoꝝ ⁊ ec/
clesie regimen vt dictū fuit.¶ No
ta opa trinitatis ad extra sūt indi
uisa. qꝛ tres psone sicut sunt vna
diuīitas sic sunt vna volūtas .Cuꝫ
autē ad extra opent sola volūta/
te q̇cq̇d vna vult alia vult.nec pt
vna aliq̇d velle qd̓ nō alia.igit nec
opari qd̓ nō alia .Et h vult domi/
nus cū dicit[Nō em̄ loquet a se]
id ē ſm diuinitatē nō loquit a se.id
est nō sine me ⁊ sine meo ⁊ patris
mei arbitrio.qꝛ nō ex se sed ex pa
tre et me est.hoc em̄ loq̇ spm̄ sctm̄
est spūssancti esse.vt qꝛ nō ē spūs/
sanctus a semetipō sed a pr̄e et fi/
lio.ideo a semetipō nō loquit.iđo
sequit[sed q̄cūqꝫ audiet loquet.]
sicut spūssctūs nō loq̇t a semetip
so sed q̄cunqꝫ audit. qꝛ audit⁹ ab
alio est.ita spūales hoīes a semet
ipīs nō loquunt sed agūt instictu
spūssancti.vt dꝛ Actuū.ij.et iō seq̇
tur.[Et que ventura sūt annūcia
bit vobis] .i.statū eccl'ie dem on/
strabit vobis.et gaudia celestia re
ducet vobis ad memoriā cū patie
mini ꝓ fide mea.p hoc em̄ christ⁹
eleuauit mentē eoꝝ.qꝛ nihil auidi
us est generi hūano q̄ꝫ scire futu/
ra.[Ille me clarificabit].i. clarita
tē meam quā habeo/apud hoīes
manifestabit q̇ me solū hoīeꝫ pu/
tabant. Illumīabat em̄ mētes a/
postolorū ondens eis claritatem
xp̄i in qua est equalis deo pr̄i .⁊ fe
cit vt ipī apl'i clarificarent p xp̄m
laudē et gl'iam eius toti mūdo p̄/
dicātes. [Quia de meo accipiet]
a me ꝓcedēdo [et annūciabit vo/
bis]Illud enim qd̓ accepit spūssā
ctus a filio.s. diuinitatis naturā sic ē
altū et supra omnē intellectū. qd̓
nisi nūciaret spūssanctus ad noti
ciā ipīus nullus attingeret

¶ De eadē dñica Ser. xlvi

Uado ad eū

q̇ me misit. Johānis.xvi
Chryso. dicit ꝙ propter
verba que dñs apl'is dixerat pau
lo ante. s.[Uenit hora vt oīs qui
interficit vos ⁊c.] et propter ver
ba q̇bus nūc subiunxit de recessu
suo.s.[Uado ad eū q̇ misit me]
id ē d̓ ꝓmo ascēdo ad pr̄em qui
me incarnari instituit ita fuerunt
tristes ⁊ atterriti ꝙ totalit obmu
tuerūt.⁊ ideo dñs obiurgādo sub
iūxit.[Et nemo ex vobis interogat
me q̊ vadis].q.d. In dubijs con/

sueuistis q̄rere an̄ nūc aūt siletis. vel ſm Bedā. Nemo ex vobis in terrogat. rc. Quia tanta tāq̄ ma nifesta erit ascēsionis mee claritas vt nemini vestrū opus sit interro gare q̄ vadā. quia videntibus cun ctis ad celū pergam. [Sed quia hec locutus sū vobis tristicia im pleuit cor vestrū] Tristicia imple uit cor eorū. q2 p̄dixerat eis q̄ ppt̄ eū ejiciēdi erant de synagoga. Itē p̄dixit eis psecutōnē quā passuri essent. Itē q̄ totus mūdus habi turus esset eos odio. r tantū q̄ q̄ cūq̄ eos occideret crederet se obse quiū pstare deo. Sz illud qd ma gis implebat corda tristicia erat recessus ipius cui9 psentia fuissent in tribulatōibꝫ cōsolati. [Expedit vobis vt ego vadā.] quasi diceret ſm Chryſ. Modicū sustinete et nō cōtristemini. q2 et si millies cō tristaremini. opt̄et tñ vos audire de recessu meo. q2 ire meū cōfert vobis vtilitatē. pp ter qd dic̄ [Si eñ nō abiero rc] vide sup de h̄ do cumenta [Et cū venerit ille] spūs sctūs .s. benign9 amicis. r auster9 inimicis [arguet] p liguas aplorū. martirū et doctorū [mūdū] .i. ho mines mūdanos mūdi amatores [de pctō] infidelitatis [q2 nō cre dūt in me] T [Ubi sciēdū q̄ aliud est credere deū. aliud crede re deo. aliud credere in deū. Crede re deū est ipm credere esse. Crede re aūt deo. ē credere esse vera q̄ di xit. Credere vero in deū. est credē do eū amare r ei firmit̄ inherere. Et de tali credere dr̄ Joh. v. Ois q̄ credit in me nō morief̄ in eternū Et ita loq̄r Aug9. de verbis dñi. d. Multū iterest vtrū q̄sq̄ credat ipm esse xpm. r vtrū credat in xpm. Nā ipm esse xpm demōes crediderūt [De iusticia q2 vado ad p̄rem r iā nō videbitis] ſm Aug9. Justicia credētiū est q̄ credāt in xpm quē nō vidēt. Et ita fideliū iusticia est vituparatō infideliū. Ideo merito mūd9 arguet̄ si cōpet̄ fidelibꝫ cre dētibꝫ in eū quē nō vidēt. q2 nolūt infideles credere nisi q̄ vidēt. Alio mō expōit Chryſ. Quia dei filiū ad p̄rem ire fuit argumētū q̄ irrep̄ hēsibilē vitā egerit r omēs seruaue rit iusticiā. arguendi ḡ erāt hoīes mūdani. q̄ cōtra iusticiā de xpo dicebāt. Q2 hō pctōr est r nō est h̄ hō a deo rc. [De iudicō aūt. q2 p̄n ceps mūdi hui9 iā iudicatus est] Diabolus q̄ est p̄nceps mūdi tri pliciter iudicat9 est. Prio ſm Au gust. in de q̄stionibꝫ no. r ve. legis Judicatus est reus in causa salua toris. q2 pcurauit ei9 mortē q̄ sine crimine erat. Itē ſm eundē in de verbis dñi. Ex q̄ diabolus eiectus est a corde credētiū in xpm. iā est iu dicat9 vt nō sit p̄nceps mūdi Itē ſm eūdē sup iohēm Priceps hui9 mūdi iudicō ignis eterni irreuoca biliter iudicatus est. Si igitur p̄n ceps mūdi iudicat9 est reus in cau sa saluatoris. etiā hoīes mūdani qui xpm occiderūt iudicabunt̄ rei Itē sic iudicō dei diabol9 eiect9 ē de dominio hoīm arguūtur hoīes q̄ ei adherēt r eū iterato p̄ficiunt p̄ncipē. Itē sic diabol9 iudicat9 est igni īfernali. merito q̄ eū sequūt̄ iudicabunt̄. merito igit̄ arguūtur q̄ ita terribile iudicium nō timent Premissas expositiōes recolligit Aug9 sup Johēm. viij. Credāt ita q̄ homies in xpm ne arguant̄ de

pctō infidelitatis trāseāt in nūeꝝ fideliū ne arguātur de iusticia illoruꝫ q̄s iustificatos nō imitanꝶ. caueant futuꝝ iudiciū ne cū mundi p̄ncipe iudicentur. Et qꝛ discipuli verboꝝ xp̄i nō erāt capaces. ideo ꝓmisit eis spūssancti instructiōeꝫ et hoc tāgit cū dic̄. [Adhuc multa habeo vobis dicere. sed nō potestis portare modo] Mlta habuit xp̄s ap̄lis dicere exponēdo ꝛ declarādo ỽitatem diuinitatis sue que postea ꝯgnouerūt ꝑ spiritū sanctū que nō potuerūt portare ꝓtūc. qꝛ adhuc carnales que carnalitas amouēda erat ꝑ spiritussancti aduentū. [Cū aūt venerit ille spirit⁹ veritatis] qui ꝓcedit a filio qui est veritas dñi [docebit vos oēm veritatē] vtilē et ꝓ salute ꝓficuā Residuū vide supra in sermone de p̄senti dñica. Sequiꝶ iam questio.

¶ Solent nōnulli querere quare hoc sit q̄ spirituales homines deo deuote et sincere fuire cupientes sint aliquādo sic bene dispositi vt tota mente ꝛ pleno corde ꝓmpte ꝛ delectabiliter se dēt ac applicēt ad singula que ꝑtinēt ad dei famulatū ꝛ honorē. vt ad deuotā orationē/ad feruidas meditationes ꝛ cogitatōes. ꝛ ad singula opa bona/ꝛ in istis magnū habent gaudiū ꝛ spūalē suauitatem potissime cū edant eucharistie sacramētū. aut p̄sentes assistūt. Aliȷ̄ aūt ita redduntꝶ tepidi ꝛ torpētes vt nihil hoꝝ desiderēt nec aliquid sapiāt aut placet. nec aliquā dulcedinē aut gaudiū ī eis sentiāt Isti⁹ rei patres plures reddiderūt rationes seu causas. vt dic̄ abbas daniel in collatōnibꝫ patrū. Prima est cū ex negligentia ꝓpria homo penitētie admisit cogitatōes multas iutiles vanas aut fatuas. aut cū hō penitentie se multū occupauit in negocijs secularibus tunc hmōi que cogitauit vidit et audiuit adherēt memorie hoīs ꝛ mentem distrahūt ꝛ in diuersa rapiūt ac cor faciūt indeuotū ꝛ a spūalibus cogitatōnibꝫ et affectōnibus bonis inane ꝛ vacuū. Exemplum dat cassianus. Ut cū terra ꝑmittitur īculta et spīas ac tribulos germinare et generare tūc fit sterilis ꝛ vacua ab om̄i fructu bono. Sic terra cordis nostri cū non colitur bonis meditatōnibꝫ sed repletur curis secularibus et carnalibꝫ desiderijs aut stultis vanis et fatuis cogitatōnibus fit sterilis ꝛ ab om̄i spūali fructu vacua ꝛ inanis. Scd̄a causa est impugnatio diabolica. cū em̄ bonis actibus sum⁹ dediti callid⁹ hostis ꝑ malas immissiones obiectorum sensibiliū p̄sentatas mentē nostrā retrahēs nos ab om̄ibus actualibus intentionibus ignorātes distrahit ꝛ abstrahit menteꝫ a cōsideratōnibus bonis cui oportet resistere. et ablata causa cessat effectus. Tercio huiusmodi torpor ꝛ desidia ac sterilitas mentis fit aliquādo ex aliqua indispositōne corporis et virium sensitiuaꝝ. vt cū corpus est nimiū debilitatū aliqua egritudine. aut sunt vires sensitiue quasi sopite ꝑ excessū vigiliaꝝ abstinentiaꝝ contēplationū ꝛ orationū. ꝛc̄. tūc em̄ nō possunt debite subseruire spiritui. ꝛ ꝑ cōsequens spiritus nō pōt ꝓmpte ꝛ delectabiliter in bonas oꝑatiōes. ꝛc̄. Spiritus em̄ in hac

vita n̄ potest i sua opa sine miste rio sensuū. ⁊ ideo ſm exigentiā di spositionis eorū sepe adiuuat̄ spi ritus. aut impedit̄ in opibus suis Et simile est sicut cū aliqs artifex nō habet apta instrumēta nō po test ꝓmpte opari. et illud qđ facit tardius facit et minus bonū aut aptū. Ita de spiritu nostro respe ctu corporis qđ sibi datū est ꝓ in strumēto vt sibi seruiat ad opera bona. magna ergo discretiōe opꝰ est et circūspectione vt corpus sic prudenter hō regat. ne nimia viua citate sui lasciuiat ⁊ spiritui rebel let. ⁊ ne ꝑ īmoderatā afflictōnem nimiū debilitatū deficiat. Et ideo dicit Hieroni. Ex de rapina holo caustū offert q̄ vel ciborū nimia egestate vel mādicādi aut somni penuria īmoderate corpꝰ affligit Et iteꝝ dicit Rōnalis homīs di gnitatē amittit q̄ ieiuniū charitati et vigilias sensus p̄fert integritati Et dicit Thomas Ex ꝓ regula de bet haberi vt hō sic viuat comedē do et bibendo vigilādo et dormi endo. vt corpus suū in tali statu robore ⁊ sanitate teneat vt sibi ma xime deseruiat ad spiritualia ꝓse quenda ⁊ vicia cauenda. ⁊ hoc est cū in mediocri statu est. Et nō de bet homo respicere ad h̄ solū qđ nūc agere potest. q̄ɀ forte cū nūc vi uit ſm extremū possibilitatis ipe sic debilitat naturā ꝙ post annū aut duos vel decē cogit̄ diminue re seruitiū diuinū aut totaliter di mittere. sed hō debet attēdere etiā ad futura. et sic moderare vitā vt post annū vel decē imo vsq̄ɀ in fi nem vite q̄tū possibile est de die in diē semꝑ in diuio ſuitio crescat ꝓpter qđ dicit beatꝰ Amb. super epistolam ad Thy. Prudent̄ sibi seruire vult deus. Tempandū est ei vt si fieri possit ceptū obsequiū gradatī ꝓuehat̄. ⁊ nō ꝑ īmoderan tiā minuat̄. Et Ysidorus de sūmo bono ca. xlv. Sollicita discretōne carnis est materies moderāda. s. ne aut integre extinguat̄. aut īmo derate laxetur. infirmitate carnis nimia p̄ualente ad p̄fectōꝫ nemo attingere pōt Itē dicit Corpis de bilitas nimia etiā vires anime frā git. mētis quoq̄ɀ ingeniū fac̄ mar cescere. nec valet quicq̄ɀ imbecilli tate p̄ficere ⁊c̄. Et iterū dicit ibidē Non est corpori adhibēda īmode rata abstinentia ne dū amplꝰ ḡ uatur caro pondere inedie maluꝫ postea agat nec bn̄facere incipiat. ⁊ que addicit̄ vt vsu mali careat si mul et boni officiū dum plꝰ ꝑmit̄ ꝑdat. Et dicit Cassianus de insti tutis monasterioꝝ. ꝙ hmōi acci dia aut torpor circa sp̄ualia maxi me inquietat monachos hora sex ta. hoc est in meridie. Et hoc idō vt dicit sanctus Tho. secūda secun de q. xxxiiij. quia vsq̄ɀ tunc ieiunā tes maxime incipiunt sentire de fectū cibi et vrgen estibus solis. ex quibus corporalibus defectibus causatur tristicia. et sic torpor.

Quarta causa est dei dispositio. Sunt nāq̄ɀ huiusmodi dona dei et gratie gratis date que dona do minus aliquādo subtrahit amicis suis ad bonū eorū. vt. s. parum a dn̄o deserti sentiant imꝑfectū suū Et sic de hmōi alacritate et mentis puritate nō extollant̄. sed hūiliter

cognoscāt eā a seipis nō habuisse. nec ex suis meritꝭ accepisse. ſ3 mere ex dei dono. ⁊ vt ꝓ recuꝑatiōe ꝑdi te gratie seu doni feruētius ⁊ cū maiori instēt deuotōne. Et hoc vt cognoscētes ꝙ hmōi gratiā amis/ sam cū tāto labore oportet recu/ ꝑare iam recuꝑatā diligētius tene ant. et cauti⁹ custodiāt. qḋ em̄ faci le credit̄ recuꝑari plerūqꝫ solꝫ ne gligētius custodiri. Et etiā vt exci/ tet mens ad feruētius ⁊ sollicitı⁹ ad vtēdū gratia sibi data. sepe em̄ hō in grā sibi data negligent̄ se ha bet nō se in ea exercitādo vt debe/ ret. ꝓpter qḋ dn̄s aliqn̄ eū deserit vt feruētior fiat. ¶ Et est notā dū ꝙ sūt aliq̄ ꝑ que pōt hō hmōi desidie ⁊ torpori resistere. ⁊ aliqua liter animū reformare vt sibi pla ceāt spūalia et se ꝓmpte et delecta biliter in eis exerceat. q̄ vide in ma teria de accidia in fine. Et h̄ reme diū cōtra ṗmas duas causas est. vt hō conet̄ ad occupādū cor suū bonis ⁊ sctīs meditatiōib9. Quia illud est sicut molēdinū qḋ molit q̄cquid imponit̄. et ideo cū molit bonū nō admittit malū ⁊c̄. Hu/ iusmodi meditatōnes sūt cōtēpla tōnes dei ⁊ ꝑfectōnū eius. oꝑm ⁊ bn̄ficiorꝝ. ⁊ potissime bn̄ficij incar natōnis. redēptōis. ibi enūerant̄ aliq̄ ꝑfectōes ⁊ bn̄ficia. ⁊c̄. Naꝫ ex meditatōnibus diuinaꝝ ꝑfectio num oꝑm ⁊ bn̄ficiorꝝ dei generat̄ ī corde homis amor dei. ⁊ cetere affectiones bone. ⁊c̄. Ex quib9 con sequēter causat̄ deuotio ⁊ ꝓmpti/ tudo applicādo animū delectabi liter ad diuinū seruitiū. Scḋm re mediū custodia sensuū. Terciū fu ga seculi. Quartū meditetur fina le iudiciū Quintū cogitet breuita tem laboris et eternitatem ṗmij. Sextū est cordis ad alia flectio. vt hō conuertat se ad aliud aliqḋ bonū. Sicut oret. meditet̄. legat. cū alijs cōferat. vel alicui exteriori exercitio intēdat Vn̄ Cesari⁹ In cipiamus bonas cogitatōes intel ligere ⁊ diligere. ⁊ statim ab ipis q̄ mala sūt dignabit̄ dn̄s liberare. Septimū remediū est cōsideratō si aliquid valeāt hmōi cogitatōes vane cū nihil ex ipis ṙportat hō ni si offensaꝫ dei ⁊ deordinatiōeꝫ ani mi sui. ⁊c̄. Vn̄ dicit Seneca Cogi tatōes vanas ⁊ inutiles velut som nio siles nō recipias. quibus si ani mū tuū oblectaueris cū oīa di/ sponis tristis remanebis. Et si ꝑ dicta remedia nō statim se releua/ tū sentit nō desꝑet. ſ3 ꝑseuer3. Nō em̄ valēt remedia nisi ꝑseuerāter continuata. Si em̄ in his aliquā difficultatē sentit. oꝑtet aliq̄lē sibi vim facere. ⁊ q̄dā sui violētia ṗorē vitā a se excludere ac murū cōsue/ tudinū et passionū malaꝝ rūpe/ re vt sic q̄si violēter ascendat vt cō sequenter ad regnū dei conscēdat ſm illud euāgelij Regnū celoruꝫ vim patit̄. et violenti rapiūt illud ¶ Et est vlteri⁹ notandū. ꝙ quan do homo est animo recollectus ⁊ eleuatus ad diuina cogitādum et actualiter diligendū ⁊ tūc in sum ptiōe sacramēti aut al's nō sentit dulcedineꝫ et quādā spiritualeꝫ su auitatē. nō terreat euꝫ aut fatiget illud. Quia dicit quidam doctor ꝙ talis spiritualis sapor seu inter nus gust⁹ nō est effectus fidei de bitus. nec est ꝓprie presentis tpis sed magis beatitudis. Et ideo nō

est in potestate hominis. sed summi et benignissimi largitoris qui dat quibus et quando sibi placuerit et prout iudicaverit esse ad suam laudem. etc.

Dominica quinta post pasca. Sermo. xlvij.

Amen amen dico vobis si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis. Johannis. xvi. Sanctus Thomas in. iiij. di. xv. dicit. Quod opera nostra non sunt sufficientia a seipsis ad obtinendum omne quod indigemus. Et ideo oportet quod illud quod nobis deest ex misericordia suppleatur. et hanc misericordiam oratio pulsat. et ideo orationis meritum exigitur ad supplendum defectus omnium aliorum nostrorum. Et est aliquo modo simile sicut si haberes famulum qui non posset mereri nisi panem et ille vestibus indigeret et aliis que non possit a te de rigore exigere. sed tamen petere ut de liberalitate tua sibi donares etc. sic aliquo modo in proposito. et ut assidui simus in orando atque magnam habeamus fiduciam in domino. dominus noster iesus christus securos nos fecit de exauditione precum nostrarum et promisit immo iuravit nobis per veritatem que ipsemet est quod omnia darentur nobis que rite peteremus in principio huius evangelii. d. Amen amen dico vobis. etc. Et est notandum quod illud non est intelligendum de sola oratione vocali que fit tantum ore. sed intelligendum est principaliter de oratione mentali que secundum Damascenum est elevatio intrinsecus in deum. supple tanquam ad superiorem nostrum a quo auxilium querimus et a quo aliquid a nobis desideratum petimus. Et ad hoc ut iste preces nostre exaudiantur et nobis a domino dentur que petimus requiruntur multe conditiones quas invenies latius expositas in sermone. Prima conditio est ut omnino procedat ex fide et confidentia ut scilicet homo credat firmiter quod deus libere et pro sua voluntate disponit res. et confidat quod dominus velit sibi dare petitum in quantum ipsi ad salutem proficit Unde Ysi. de summo bo. li. iij. ca. vij. Tantus debet esse orationis affectus erga deum ut non desperet precis effectum. inaniter oramus si spei fiduciam non habemus. Petat ergo ut apostolus Jaco. ait. i. unusquisque in fide nihil dubitans. Secunda conditio est ut sit humilis. Unde in psalmo. Respexit in orationem humilium. et non sprevit precem eorum. Qui enim petere aliquem vult oportet quod ei se subdat. Juxta illud psalmo Subditus esto domino et ora eum. Jlle autem perfecte subdit se deo qui seipsum nihil sibi retinens totum deo tribuit. Tercia conditio ut ea que homines petant recta intentione petant. scilicet ut petant vitam eternam propter deum ibi perfecte laudare. et omnia alia petant propter vitam eternam et in quantum sunt adminicula quedam ad beatitudinem promerendam. Cuius contrarium faciunt aliqui qui solum petunt ista temporalia et presentia propter hoc solum ut magis abundent et crapule et ocio vacent. et securius carnis illecebris inserviant. Quidam etiam petunt mala et perniciosa ut mortem damna aut infirmitates proximorum De quibus dicitur Jacobi. iiij. Petitis et non accipietis. eo quod male petitis et insinuatis. Et dicit Bernardus in quodam sermone. Tria postulare debemus a deo. duo. scilicet temporis huius bona. ut corporis et anime. tertio vero eternam. scilicet beatitudinem. Jn prima petitione cavenda est super

fluitas ꝛ voluptas vt tpalia non petamus nisi vnde possumus in dei seruitio sustẽtari. In scḋa cauẽda est impuritas vt nõ requirant virtutes ad ostentatõnẽ ꝛ populi applausũ. In tercia cauẽda est elatio. s. ne vita eterna requirat tãq̃ ex ppoꝝ fiducia meritoꝝ. Quarta cõditio est. vt petitio sit ordinata vt. s. que petũtur recto ordine petant. sicut si q̃s petit a deo sibi dari vitã eternã prius petat sibi dare opa bona quib⁹ istã mereat. ꝛ ad illa bona obtinẽda agat ꝛ laboret q̃ntũ potest ꝫm vires ppꝛias Cui⁹ cõtrariũ fecerũt filij Zebedei qui vt dicit Beda p̃us petierũt p̃mioꝝ sublimitatẽ q̃ȝ peterẽt ꝛ q̃rerẽt operũ pfectõȝ. pp̃ter qḋ eis a dño respõsũȝ fuit. Nescitis quid petatis Et dicit Chryẜ. sup illud Math. vij. Petite ꝛ dabit vobis. querite ꝛ inuenietis. Petite p̃cibus die ac nocte. orãtes q̃rite studio ꝛ labore nec em̃ laborãtes circa scripturas acquirimus nisi studuerimus. nec donũ dei negligẽtibus dat. Quinta cõditõ est vt ea q̃ petunt expediant saluti. qḋ ꝛ dñs innuit cũ dic. In nomie meo. super qḋ Aug⁹. in omel. ait. Jesus idẽ est qḋ saluator vel salutaris dei. ille ẽ in noĩe iesu petit. q̃ id petit qḋ ad verã salutẽ ptinet. Sepe autẽ ignorãter petimus cõtraria saluti ꝛ sic inutiliter. ꝛ tunc misericorditer nõ accipimus illud qḋ inutiliter petim⁹ Unde Ysidorus. Multos deus non exaudit ad volũtatem. vt exaudiat ad salutẽ. Multi orantes nõ exaudiũtur puidendo illis deus meliora q̃ȝ petãt reseruat. Sic contingere solet puulis. qui vt in scholis nõ vapulẽt exorãt. sed nõ dat postulatõis effectus. q2 impedit talis exauditõ ad pfectũ Non aliter cõtingit quibusdã electis. de p̃cantur deũ p nõnullis huius vite cõmodis vel aduersis. puidentia vero diuina tempalit eoꝝ desiderio minime cõsulit. q2 meliora in eternũ illis pmittit. hec ille Dñ q̃ȝ petit hõ qḋ nõ est necessarium ad salutez. nec est manifeste cõtrarium saluti. ꝛ tũc licet hõ ex charitate sit petiturus ad merendã vitam eternã. nõ tamẽ merer accipere qḋ petit. Uñ Aug⁹. in de sentẽtijs psperi. Fideliter supplicãs do p necessitatib⁹ huius vite et misericorditer auditur. et misericordit nõ auditur Quid em̃ infirmo magis sit vtile magis nouit medicus q̃ȝ egrotus. Sexta conditõ est vt hõ oret pseuerãter. Hoc vide vbi supra Septima vt ip̃e petẽs conetur vitã suam corrigere et legi dei obedire. ꝛ sic suã oratõnẽ iuuare p bõa opa. De istis ei dr ĩ ps. Uolũtatẽ timẽtiũ se faciet ꝛ dep̃. eoꝝ exau. ꝛ sal fa. eos. Et Ysi. vbi. s. Qui a p̃ceptis dei auertitur qḋ in oroẽ postulat accipere nõ meretur. nec impetrat ab illo bonũ qḋ poscit cuius legi nõ obedit. Si em̃ illud qḋ de⁹ p̃cipit facim⁹. illḋ qḋ petim⁹ sine dubio obtiem⁹ Nã scp̃tuȝ est Prouer. xxviij. Qui auertit aurẽ suã ne audiat legẽ. oratio eius erit execrabil. Multa apḋ deũ vtiq̃ȝ sibi necessario cõmendant. vt oroẽ operatio. ꝛ oratio operatione fulciatur Unde Hiere. ait Leuemus corda nostra cũ manib⁹. Cor em̃ cũ manibus leuat qui oratõnẽ cũ opere subleuat. Quisq̃ȝ vero opa

tur et nõ orat manus leuat ⁊ cor nõ leuat. Hec ille Et dicit Chrys. Qui orat et peccat nõ honorat deum. sed deludit. ꝓpter hoc tales similes sunt militibus qui christo genua flectebãt ⁊ alapas dabant Octaua cõditio vt oratio sit attẽta. vt. s. illud versetur in corde. qd̃ ꝓfertur ore. Unde Ysido. Oratio cordis est nõ labiorum. Nec em̃ verba deꝑcantis deus intendit. sed orantis cor aspicit. ꝙ si tacite cor oret et vox sileat. q̃uis hominib' lateat deo latere nõ potest. qui cõsciẽtie presens ẽ. Melius autẽ est cũ silẽtio orare corde sine vocis sono. q̃ȝ solis verbis sine intuitu mẽtis Hec ille. Uñ in ps̃. Clamaui in toto corde meo vbi clamor cordis est magna intentio cogitationis. Et Basilius dicit Si alicuius anima intendat ad singula verba psalmorum sicut gustus intẽtus est ad discretionẽ saporum ille complet qd̃ dicitur. Psallite prudenter Et ibidẽ. quomodo inquit nõ obtinebit quis vt in oratõne sensus eius nõ vagetur si cert' sit assistere ante oculos dñi Recogitȝ ergo homo se stare ꝓnũ se iacere ante cõspectũ dei ⁊ secũ loqui. et iuuabitur a vagatione mẽtis. Cetera vide supra Ita habem' octo que faciũt orationẽ nostrã exaudibilem B

¶ Sunt et alia plura que impediunt orationẽ nostrã et faciũt eam inexaudibileȝ Primũ est diffidentia exauditionis. vnde Jacobi. i. Qui em̃ hesitat nõ estimet ꝙ accipiet. Ecc̃. xviij. Ante orationẽ ꝑpara animã tuã. ⁊ noli esse quasi homo qui temptat deũ si velit audire. Scd̃m quia homo nociuuȝ sibi petit et saluti cõtrariũ. vt Paulus. Terciũ quia illud quod petit nõ petit debita intentione Unde Jacobi. iiij. Petitis vt in cõcupiscentijs insumatis ⁊c̃. Quartum quia petẽs ẽ in peccatis de quibus nõ conatur vitã in melius mutare. Unde Ysaie. i. Cum multiplicaueritis orationes non exaudiam. quia manus vestre sunt plene sanguine. i. oꝑa vestra plena sunt peccatis. Et Ysaie. lix. Peccata vestra abscõderũt faciem eius ne exaudiret. Quĩtũ est torpor orãdi. quia homo nõ feruẽter et deuote orat et attente. Unde Hieremie. xxix. Cũ orabitis nõ exaudiaȝ vos. sed cum quesieritis me in toto corde vestro. Sextũ cũ homo nõ perseuerãter orat Cũ em̃ deus hominẽ exaudire vult. tunc aliquando differt ad petentis maiorẽ vtilitateȝ vt scilicet homo ex dilatiõe ad ferventer petendũ et desiderandum prouocetur. ⁊ sic maius mereatur accipere. Aut differt vt acceptum cautius custodiatur quod difficilius impetratũ est. Unde Chrys. Deus adhuc beneficiũ suũ subtrahit vt nõ sit nobis vile qd̃ non donat. Aut differt vt homo humilietur cũ taȝ tarde exaudiatur. ¶ Cõsequẽter ostendit dñs aptitudinẽ ad petendũ cũ dicit [Usq3 modo nõ petistis quicq̃ȝ] vsq3 mõ. i. q̃ȝdiu corꝑaliter vobiscũ fui nõ petistis q̇cq̃ȝ [in noĩe meo] q2 vobis nihil defuit. Luc̃. xxij. Qñ misi vos sine sacculo ⁊c̃ nũq̇d aliq̇d defuit vob. At illi dixerunt. nihil. Cõueniens ergo erat vt xp̃o dño ascẽdẽte inciperẽt petere a deo patre. ꝓpter qd̃ subdit [Petite ⁊ accipietis] Chrys.

Dominica quinta post pasca

q̄ habēt v̄tutis ⁊ vigoris defectū
[cecos] qui nulliꝰ ingenij lumen
habent [introduc huc] De plateis
em̄. i. de mūdi ꝓspitate oēs isti in/
troducunt ꝑ pniam. Per [vicos]
em̄ aduersitas mūdi intelligit q̄si
arta via. De his vicis introducūt
bona tpalia ꝓpter deū respuētes.
⁊ debiles statū dignitatis ⁊ potē/
tię nō habētes. i. ad Chor. i. Infir
ma mūdi eligit deꝰ. [Ceci vero. et
claudi] sunt q̄ scādalizante oculū
vel pedē a se abijciūt. intētōeꝫ vicꝫ
vel affectū mūdi. [Et ait fuꝰ dn̄o.
Factū ē vt impasti.] Vere ita fit
vt dn̄s impauit. qꝛ in regnū eter/
ne btitudis ꝑ magna pteītrodu
cūt q̄ aut carēt tpalibꝫ. aut hn̄tes
ea cōtemnūt. [Exi ī vias ⁊ sepes]
In vijs habitāt q̄ multa aduersi
tate cōpellūt nō figere animum ī
mūdo sꝫ eo q̄si via ꝑegrinationis
vti [In sepibꝫ] habitāt q̄s mūdꝰ
despiciēs extra se abijcit. [Et com
pelle ītrare] Cōpellūt nos ad ce/
nā ītrare timor inferni ⁊ aduersi/
tas tpaliū. Gre. Quos deꝰ elegit
hos mūdus d̄spicit qꝛ plerūqꝫ de
spectio reuocat hoīem ad seipm. ⁊
tāto celeriꝰ aliq̄ vocē audiunt dei
q̄to ī h̄ mūdo nō habēt vn̄ dele/
ctent. Et Gre. alibi dicit. Mala q̄
nos h̄ p̄mūt ad deū citiꝰ ire com
pellūt [vt impleat domꝰ mea. Di
co aūt vob q̄ nēo virorꝫ illorꝫ qui
vocati sūt] ⁊ neglexert venire [gu
stabunt cenā meā]

Dn̄ica tercia post trini.
Sermo lv

Erāt appro
pinqntes ad iesū publica
ni ⁊c. Luc. xv. [Et
vt dic Gre. nō solū ad colloqndū
sꝫ etiā ad ꝯuescēdū admissi et rece
pti sunt. ⁊ h̄ fecit benignitas ⁊ mā
suetudo saluatoris nr̄i. Et iō dicit
Ber. sup cañ. Propt mā suetudi/
nē q̄ ī te ē dn̄e iesu currimꝰ pꝰ te.
audiētes q̄ nō spreuisti pctōres. n̄
horruisti cōfitentē latronē. nō la/
chrymātē peccatricē. nō chananeā
supplicātē. nō dephēsā ī adulterio

nõ supplicantẽ publicanũ .ñ negã
tẽ discipulũ. nõ psecutorẽ discipu/
lũ. nõ ipos crucifixores ꝛc. Tales
ei pponũt sibi in aĩo plerũqȝ ipos
q̃s corrigũt. ꝛ meliores se estimãt
eis q̃s iudicãt. ꝙ vicȝ agentes ꝓ di
sciplinã subditos vel alios q̃s cor
rigunt. ꝛ ꝓ hũilitatẽ custodiunt se
metipos. ¶ Occasiõe festiuitatis
bti Johis baptiste quã hodierna
die agim⁹ q̃rit hic. q̃re dñs ꝯuersa
tus fuit cũ hoĩbꝫ ĩ ciuitatibꝫ ꝛ vil
lis. et comederit et biberit ac vesti
tus fuerit sicut alij hoĩes cõit. cuȝ
tñ ei⁹ p̃cursor b. iohes morat⁹ fu
it in deserto. et ibi durissimaȝ du/
xerat vitã. cum tñ xp̃s sublimioꝝ
vite esse debuit q̄ȝ su⁹ p̃cursor. No
tandũ ꝙ b. iohes bap. fuit ĩ vtero
sctificatus. vñ Lu. j. dr̃ d̃ eo. Spũ
sctõ replebit adhuc ex vt̃o matris
sue. sic ei ceterꝫ ſm legẽ cõeȝ ĩ ba/
ptismo. sic sibi ex spẽali p̃uilegio ĩ
vtero mr̃is dimissuȝ fuit origiale
ꝛ infusa fuit sibi charitas ꝛ copio
sior q̄ȝ ceterꝫ. qꝛ tãta ꝙ ea median
te ꝛ dei adiutorio spẽalr̃ agẽte sem
ꝑ vixit sine mortali culpa. nulluȝ
eñ ꝑ vitã suã vnq̄ȝ mortale cõmi
sit. vt dicit san. tho. in. iij. pte sũme
ꝛ Bonauẽ. ĩ. iij. sen. di. iij. imo etiã
vitauit freq̄ntiam venialium pec
catoꝝ. qđ vt meli⁹ facere possꝫ ip
se in puerilib⁹ ãnis fugit freq̄ntiã
hoĩm. exiuit domũ ꝑentũ. ꝛ ĩtra/
uit desertũ. ꝓpt qđ de eo canit eccle
sia in hymno. Antra deserti teneris
sub annis ꝛc. Et manẽs in deserto
sꝑ duxit austerã vitã. vt pȝ Mat.
iij. Vestis eñ ei⁹ fuit ex pil' came/
loꝝ. ex q̇bꝫ fit vestimẽtũ aspeꝝ et
duꝝ. Cingul⁹ ei⁹ fuit d̃ pelle mor
tui aĩalis cruda ꝛ pilosa. Esca eius
fuit locusta et mel siluestre. Locu/
ste sunt aĩalia ꝑua mũda ꝛ volan
tia ꝑ modũ saltus et repiebant in
deserto iudee. et frixa cũ oleo sunt
cibꝫ paupeꝝ. Illa iohes mãduca
bat ĩ heremo cõstitut⁹. Mel silue
stre illud ibidẽ repit in trũcis arbo
rũ folia lata ꝛ tenera q̃ manibꝫ cõ
trita habẽt saporẽ q̄si mellis. Po
tus ei⁹ fuit aq̃. Hoc totũ cõphen
dit eccl'ia in illo v̄su hymni. Pre/
buit hirtũ tegimẽ camel'. Vñ q̃q̃
rit q̃re dñs nõ morat⁹ fuit ĩ deser
to. Rñdẽdo dr̃ p̃mo ꝙ dñs q̊ ad
interiorẽ cultũ fuit inestimabilr̃ alti
oris ꝛ ꝑfectioris vite q̄ȝ p̃cursor su
us. qꝛ dñs inestiabilr̃ habuit etiã
plures ac ꝑfectiores v̄tutes q̄ȝ iohã
nes. sibi enim dat⁹ fuit spũs non
ad mẽsurã. Joh. iij. Et dñs cuȝ h
ꝯuersabat fuit ſm aĩaȝ ꝑfect⁹ cõ/
p̃hẽsor. sic nũc ẽ in celo. Johes ve
ro fuit pur⁹ viator. ꝛ iõ interior cul/
tus q̊ aĩa xp̃i coluit diuitatẽ ꝑ cla
rã dei visiõeȝ ꝛ ꝑfectã. imo btificã
fruitõeȝ iestimabilr̃ melior et ꝑfe/
ctior fuit cultu ĩteriori q̊ iohes co
luit deũ fide ꝛ charitate. Scđo dr̃
ꝙ dñs q̊ ad exteriora laxioꝫ vite fu
it. et iohes strictioris. qꝛ dñs fuit
cõi mõ mãducãs et bibẽs ꝛ cũ ho
mibꝫ morãs. iohes v̄o nõ prout
iã dictũ ẽ Et vtrũqȝ illoꝝ rõnabili
ter factũ fuit ꝛ ad salutẽ ac profe/
ctũ hoĩm. Q ei iohes fuit tã excel
lẽtis ꝛ austere vite exterioꝫ factuȝ
est iõ. qꝛ btũs iohes ad h missus
fuit vt ꝑ suã p̃dicatõeȝ ppl'm ꝯgre
garet. et ppl'o cõgregato xp̃i aduẽ
tũ ĩ carnẽ. et quõ se cito manifesta
tur⁹ essꝫ denũciaret ac ip̃m popu/
lo suo digito d̃mõstraret. qđ totũ
fecit vt patet Mat. iij. et Johã. j.

Et etiã ante christũ ritũ baptizan/
di incepit. et p̱ h̄ hoĩes ad xp̄i ba/
ptismũ assuefecit. Et illa oĩa fuer̃t
noua fortia ꝛ magna valde. ꝛ ideo
necessariũ fuit vt ee͂t hoĩbꝫ vehe/
menter credibilis ꝛ magne aucto
ritatis apud oẽs. et h̄ fiebat p̱ hoc
ꝙ fuit excellẽtissime vite ꝛ singula
ris in qua excessit oẽs q̇ ante eum
fuerũt. De nullo eĩ sctõ veteris te/
stamẽti legit̃ ꝙ tali mõ vixerit ĩ ci
bo vestitu ꝛ loco. Helyas eĩ vsus
est carnibꝫ pane ꝛ oleo. et ĩ domi/
bus habitabat. vt habet̃. iiij. Reg.
in diuers̃ loc̃. Sil'r filij ꝓphaꝝ q̇
durã duxerãt vitã pulmẽto vsi sũt.
ꝛ ita ĩductiue de oĩbꝫ. Tãta igitur
p̱fectio exterioris vite excedẽs vi/
tas oĩm antiq̊ꝝ patꝝ fecit eũ autẽ
ticũ ꝙ mlt̃i ꝯfluebãt ad eũ ĩ deser
tũ ꝛ crediderũt v̄bis suis ꝛ p̄dica
tõibꝫ. ꝛ sic p̱auit viam dño. Ex au
tẽ dñs fuit larioris vite exterioris
qꝛ morãs cum hoĩbꝫ ꝛ cõi mõ mã
ducãs et bibẽs q̄uis sobrie ꝛ tp̱a
tissime in oĩbus fuãs punctuale
mediũ virtut̃ hoc ip̄e dñs sicut ꝛ
oĩa alia fecit ad cõem hoĩm salu/
tem ex pl'ib⁹ caus̃. Primo vt suo
exẽplo doceret fideles ꝙ eis licitũ
esset talibus vti dũmõ h̄ faciunt
tp̱ate ꝛ cũ grãꝝ actõe ꝛ debit̃ tp̱i/
bus ꝛ loc̃. et sic de aliꝭs circũstan/
tijs. Sciuit eñi dñs ꝙ vẽturi erãt
in mũdũ q̇ false ꝛ erronee dicerẽt
ꝙ fideles solũ victu tenuissimo. s.
panis et aq̃ vti deberẽt. ꝛ ꝙ pecca
rẽt lautius aut largius se reficien
tes. ꝛ errorẽ illũ dominus suo ex/
emplo cõfutauit. cum ip̄e talibus
vsus fuit. Et omnis eius actio est
nostra instructio. Jmmo domi/
nus sic cõi mõ vixit in cibis et po
tibꝫ: ꝙ pharisei vocabãt eũ vora/
torẽ ꝛ potatorẽ vini. Jtẽ domin⁹
iussit ap̄l'os talibus vti cũ predica
tum irẽt. qꝛ Luc. x. dixit eis. Come
dite que apud eos sunt. volens vt
comederẽt que eis apponerentur
Scdo ne aliq̇ volentes xp̄m seq̇ ĩ
hoc se destruerẽt p̱ paucitatẽ ꝛ sim
plicitatẽ victus. aut ne alij nõ po/
tentes eũ in hoc sequi forte despe/
rarent. Si eñi dñs tam durã vitã
exteriorẽ duxisset sicut iohẽs mul
ti volentes eũ in hoc seq̇. et se sue
vite cõformare possent se cito de/
struere ꝛ inutiles facere. Et alij nõ
potentes tam durã et asperã vitã
tolerare possent desp̱are de vita
eterna cũ viderẽt christũ ĩ tã asp̱a
vita eos p̄cessisse in q̃ eũ seq̇ ñ pos
sent. Dñs g̊ q̇ venit vt oẽs ad se al
liceret. lariorẽ duxit exteriorẽ vitã
ꝛ cõmunẽ ceter̃ hoĩbꝫ cõformẽ vt
oñderet fidelibus etiã istã ad salu/
tẽ ꝓficere ꝛ deo placere dũmõ fue
rit debite p̱acta. et in his que lici/
ta sunt atqꝫ p̱missa. et vt ostende/
ret ꝙ vsus taliũ licitoꝝ nõ repu/
gnat p̱fectõni. vt aliq̇ putare pos/
sent. imo ꝙ aliq̇bus melior est et
plus conferens ad p̱fectionẽ vir/
tutum q̄ꝫ abstinentia a talibus. et
nimis dura dat̃ vita dũmõ talibꝫ
vtentur sobrie et tp̱ate et non pro
voluptate sed pro necessitate na/
ture sue. Propter quod dicit be
atus Bernard⁹. Damnamus ci/
bos saginatos quasi non melius
sit exiguo sagimine sobrie ad vsũ
vesci: q̄ꝫ ventoso legumine vsqꝫ
ad ructum saturari. Esau enim ñ
de carne: sed de lente reprehen/
sus est. Et ionathas de gustu mel
lis non carnis morti adiudicatus

est. Et adam de comestiōe pomi nō vituli saginati condemnatus est. Subdit. Melior videt variis pellib9 inuoluta hūilitas q̄z vilit tunicata supbia. ꝛ nihil est penit9 replere faba ventrē ꝛ murmurare mēte. Silr dicit btūs Aug. sup illo Ro. xiiij. Noli ppt escā dstruere opus dei. oīa q̄dē mūda sunt. R ¶ Tercio ppt hoc dñs duxit cōem vitā exteriorē sed excellētissimā intiorē. vt p h doceret fideles vt nō starēt solū in exteriorib9. sed vt eis essz magis cura de animi v̄tutib9 et interiorib9 actib9 bōis q̄z de exteriorib9 cerimoniis ꝛ corpalib9 exercitiis. Nā in v̄tutib9 et in interiorib9 actib9 bonis ɔsistit p̄ncipalr meritū nostꝝ ꝛ sal9. cerimonie v̄o exteriores ꝛ corpales exercitatōes in ieiuniis et vigiliis ꝛ ceteris hmōi sunt tm̄ ad obtinēdas ꝛ ɔs̄uādas v̄tutes ordiate. ꝛ ñ sunt bone nisi inq̄ntū ɔferūt ad eas obtinēdas. aut inq̄ntū ꝑcedūt ꝛ impant ab actib9 interiorib9 bonis. Debem9 igit p̄ncipalr itēdere ad opa interiora bona ꝛ ad v̄tutes. ꝛ nō stare solū in exteriorib9 cerimoniis ꝛ exercitiis corpalib9. Cui9 cōtrariū mlti faciūt q̄ putāt se sctōs cū corp9 affligūt ieiuniis vigiliis ꝛc. et insistūt extiorib9 solū. et non purgāt cor a viciis. nec mentez ornāt v̄tutib9. sed sunt iracūdi. inuidi supbi detractores. vaniloq̄. iniusti. ꝛ ceteris viciis irretiti. ꝛ sic sūt similes scribis ꝛ phariseis q̄ extiorib9 obs̄uātiis fuerūt culti. sz interius vacui v̄tute. sicut testa sine nucleo Et h bñ ōndit euāgeliū cū ɔseq̄nter dicit ¶ Et murmurabāt scribe ꝛ pharisei dicētes. Quia hic pctōres recipit et mādūcat cū illis ¶ Supbi nāq̄z pharisei putātes se iustos ɔdēnabāt alios ꝛ dñm iudicabāt notātes eū de mala vita eo q̄ peccatorib9 amabilem se p̄bebat. Ex quo habet s̄m Greg. q̄ vera iusticia cōpassionē habet. falsa v̄o dedignatōem. Et q̄uis iusti solēt peccatorib9 aliq̄ñ iuste indignari. hoc tñ faciūt zelo discipline. ꝛ cū foris increpātes p disciplinā exaggerāt int9 dulcedinē p charitatē s̄uant. Ecōtra aliq̄ñ hi q̄ de falsa iusticia supbire solēt ceteros q̄sq̄z despiciunt. nulla infirmātib9 misicordia ɔdescēdūt. ꝛ q̄ se pctōres eē nō credūt eo deteriores fiūt. De q̄ꝝ nūero fuerūt pharisei q̄ pctōres cōtēpserūt. et iudicabāt dñm eo q̄ peccatores suscepit et se eis amicabilē exhibuit. ꝛ quia egri erāt ꝛ se egros fore ignorabāt. dñs eis p duas parabolas rñdet. quibus eis ostēdit se pro peccatorib9 de celo descēdisse. et ideo eos penitētes debere recipe. ꝑpter quos decreuit se hūiliare et aliorū ꝑfectib9 congaudere. Dixit em̄ primo. ¶ Quis ex vobis homo qui habet centū oues ꝛc. ¶ Sic dñs et saluator noster centū oues habuit cum ab initio rationalem creaturā angelos et hoīes creauit. sed vna ouis periit quando totū humanū genus per peccatum primi parētis statū innocentie perdidit. Ad hanc ouem iuit et eam inuentam humeris suis iposuit quādo carne assumpta inter homīes conuersat9 ē et p omniū peccatis satisfecit. Et inuenta oue. id ē reparato homine ad domum rediit. cum in die ascensionis in celum ascendit. et cōuocās

amicos et vicinos. i. ãgelos q̇ sũt eius amici. eo ꝙ volũtatẽ ei⁹ semꝑ faciũt. et sunt ei⁹ vicini. q2 continue eius visiõe fruũt̃. Illos cõuocauit cũ eos sibi ascẽdenti occurrere fecit. et sctis angel' occurrẽtibus dixit Congratulamĩ mihi q2 ĩueni ouẽ q̄ ꝑierat. Dico aũt vobis ꝙ ita gaudiũ est in celo suꝑ vno peccatore pniã3 agẽte q̄3 suꝑ nonagĩtanouẽ iustis q̇ ñ ĩdigẽt pnĩa. Qr autẽ angeli magis gaudeãt de pctõribus ꝯuersis q̄3 iustis stãtibus nõ est ꝓpter pctm̃ cõmissum. sed ex hoc q2 ex pctis cõmissis sepe hũiliores efficiũt̃ ꝛ sanctiores. ꝛ in bono feruẽtiores. Nota ꝙ caritas mouet habentẽ eã ad diligẽdũ om̃e qd̕ potest cũ eo cõmũicare in btĩtudine. ꝛ q2 angeli sũt in ḡtia ꝯfirmati et nos possum⁹ ꝑticipare vitã et̃nã. igit̃ diligũt nos ad eã et volũt nobis oĩa q̄ disponũt nos et iuuãt ad eã ꝑcipiendũ. Et q2 pnĩa est hm̃õi. et q2 ꝑ eã remouent̃ pctã q̄ excludũt a regno. igit̃ cũ vident hoĩes penitere gaudent Itẽ etiã gaudent de iust}. S3 diceret aliq̇s. q̄re magis de pctõribus penitẽtib⁹ q̄3 de iustis stantib⁹. Respondet̃ ꝙ nõ sꝑ magis gaudent de pnĩa pctõris q̄3 de iusticia iusti sed sepe ita fit. Vñ notandũ ꝙ q̄nto maius ĩ bonis ẽ bonũ ṽtut} et oꝑationũ sctãꝝ q̇b⁹ disponũt̃ ad vitã. tãto magis h̄ diligunt ꝛ d̕ eo gaudent. s3 pctis maiorib⁹ obnoxij post cõuersiõem ꝑ pnĩam hũiliores fiũt ꝛ ĩ bono feruẽtiores. ḡ ꝛc̄. Scd̕o notãdũ ꝙ Gre. ĩ omel'. triplices distinguit hoĩes. q̇dã ꝛc̄. De q̇b⁹ loq̇t̃ cũ dic̄. Plerũq3 tales sũt q̇ magna pctã. et de istis loq̇t̃ vt dicit. ecõtra nõnũq̄3 ꝛc̄. ꝛ tal' penitens fuit maria magdalẽa q̄ tã3 intẽsam displicẽtiã habuit de peccatis suis et tã feruẽter amauit. et tã freq̄ns fuit. et tã cõtinua posterius ĩ magnis ꝛ arduis bonis oꝑib⁹ ꝙ ipã ĩ vita sua plus ꝓfecit ĩ ṽtutib⁹ et meritis q̄3 ml'ti iusti q̇ ducũt cõem vitã. et iõ angeli pl⁹ gaudebãt de ea. Tercij sunt iusti et penitẽtes ꝛc̄. de q̇b⁹ loq̇t̃ Gre. cõseq̄nter. et tal' fuit iohes q̇ tã sctũs fuit ꝙ nũq̄3 peccauit mortal'r. ꝛ tñ tã asperã duxit vitã q̄lẽ null⁹ ali⁹ penitẽs vt p̄missum fuit ꝛ cũ h̄ tñ ꝑfect⁹ fuit in ṽtutib⁹ ꝙ dñs sibi testimoniũ ꝑhibuit dicẽs. Int̃ natos mulieꝝ nõ surrexit maior iohãne baptista. Vñ Gre. in omelia Plerũq3 hi q̇ nullis se opp̄ssos pctõꝝ molib⁹ sciũt stãt q̇dẽ in via iusticie. nll'a illicita ꝑpetrãt sed tñ ad celestẽ patriã anxie nõ anhelãt tãtoq3 sibi in reb⁹ licitis vsũ p̄bẽt q̄nto se ꝑpetrasse illicita nll'a meminerũt. ꝛ plerũq3 pigri remanẽt ad exercẽdũ bõa p̄cipua. q2 valde sibi securi sunt ꝙ nulla ꝯmiserunt mala ḡuiora. Ecõtra nõnũq̄3 hi q̇ se aliq̄ illicita egisse meminerũt ex ipo suo dolore cõpũcti inardescũt ad amorẽ dei. seseq3 ĩ magnis ṽtutib⁹ exercẽt. oĩa mũdi d̕relinquũt. honores fugiũt. acceptis ꝯtũelijs letant̃. flagrãt desiderio. ad celestẽ patriã anhelãt. ꝛ q2 se errasse a d̕o ꝯsiderãt. dãna p̄cedẽtia lucr} seq̄ntib⁹ recõpẽsant. Mag} ḡ d̕ tali peccatore cõuerso q̄3 d̕ stãte iusto gaudiũ fit ĩ celo. et q2 dux ĩ p̄lio plus eũ militẽ diligit qui post fugã r̃uersus hostem fortiter p̄mit q̄3 illum q̇ nunq̄3 terga p̄buit ꝛ nũq̄3 aliq̇d

fortiter fecit. Sic et agricola illaz ampli⁹ terrã amat q̄ post spinas vberes fruges ꝓfert q̄z eã q̄ nūq̄z spinas habuit et nūq̄z fertilē messem ꝓducit. M Sz nota q̄ q̄dã sunt iusti de q̄ꝝ vita tãtū gaudiū est in celo vt eis nulla pctōꝝ penitētia ꝑponi pōt. Nã ml'ti nulloꝝ maloꝝ sibi sunt cōscij. et tñ se affligūt ac si pctis oībꝫ angustenť. cuncta etiã licita despiciūt. ad despectū mūdi sublimiť accedūt. bona sibi amputãt etiã cōcessa cōtemnūt. ꝑ visibilia inuisibilibꝫ accēdūtur. lamētis gaudēt. ī cūctis semet ipos hūiliãt. ⁊ sicut nōnulli peccata opeꝝ. sic ipi pctã cogitationū deplorãt. Quid illos nisi ⁊ iustos dixerim ⁊ penitentes. q̇ se in pnīa ⁊ de pctō cogitatōis hūiliãt. et recti in opeꝛ sꝑ ꝑseuerant. Quãtū ḡ gaudiū in celo facit qñ hūiliť iust⁹ plãgit si facit in celo gaudiū qñ h̄ qđ male gessit ꝑ pnīaz dãnat iniust⁹. Seq̄ť scđa ꝑabola. ꝑ quã idē qđ ꝑ ꝑcedentē signať. Vñ sicut pri⁹ ꝑ pastorē sic nunc ꝑ ml'ierē sigť christus dei filī⁹. q̇ ē sapiētia pr̄is. qui [decē dragmas] habuit. i. totã creaturã in nouē choros angeloꝝ ⁊ ī hūanū genus distinctū. quã a ꝑncipio sui capacē fecit. ⁊ ad sui imaginē et sil'itudinē creauit. et mō ꝑ dragmã sic ꝯgrue significãť. Quia vt dicit glo. interlinear. Dragma est num⁹ certe q̄ntitatis reg̃ imagine insignitus. Vnã aūt dragmã ꝑdidit cuz hūanū genus ꝑ lapsuz primoꝝ ꝑentū a stat⁹ sui integritate corruit. et ml'ier lucernã accendit qñ dei filius hūanã naturã assumpsit. Lucerna eñi ignis est in testa. et lumen in testa est diuitas in carne. Hec lucerna luxit quando xp̄s inter hoīes ꝑfecta ꝯuersatione ⁊ doctrina et societate angelica q̄ cōgaudēt de pctōrib' ad deum cōuersis vt dictū fuit prius. ⁊ miracl'oꝝ opatōe claruit. ⁊ totam domū euertit qñ cōsciās hominū de reatu peccatoꝝ purgauit. Et cū inuenerit cōuocat amicos ⁊ vicinos. i. angelicas societates q̄ congaudēt de pctōrib' ad deū ꝯuerť vt dictū fuit ꝑus. ⁊ q̇ de ꝓxio deū cōtemplãť di. Cōgratulamī mihi oēs q͛ inueni dragmam quã ꝑdi. Ita dico vobis gaudiū ⁊c. vt ꝑus. Et dicit notanter pnīam agēte. et nō dicit cogitãte solū aut dicente. aut solū ońdente vt hypocrite. sz agente. ⁊ ad h̄ req̄riť abiectio voluptatū. Vñ Chryſ. in de cōpūctōe cordis. Sicut īpossibile est ignem accēdi in aq̄. ita īpossibile ē pnīam agere ī delicijs. ꝯtraria eñi sibi īnuicē sunt et ꝑemptoria

Dñica q̄rta post trinitatis
Sermo lvi.

Estote mise

ricordes sic̄ et pr̄ vr̄ misericors ē. Lu. vi. M De illa ꝑma ꝑticula mō nihil. sed subdiťi euãgelio. [Nolite iudicare] Pro illo notãdū q̄ iudiciū vno mō est act⁹ iusticie q̄ ꝑtinet ad iudicē eccl'iasticū vel secl'arē. Nã de illoꝝ officio ē ⁊ esse debz iudicare ⁊ inq̄rere ex factis gestibꝫ et act] exteriorib' subditoꝝ q̄les sint ad finē vt malos puniãt et bonos ad meliora ꝓuocēt. Hoc aūt iudiciuz dñs nō ꝓhibz h̄. imo illud alibi fieri mãdauit. Quia Deuteroñ. xvi.

dicit. Judices et magistrat⁹ consti
tues in oībꝫ portis tuis vt iudicēt
populū iusto iudicio. Ualde etiā
illud iudiciū necessariū ē et vtile ī
politica cōitate. qñ saltē iuste exer/
cet. Unñ Tulli⁹ ī pⁿcipio veteris
rhetorice. Ut int̄ hoīes īprobitas
maloꝝ rēpublicā nō ꝯturbaret. et
vt simplices et māsueti viuere pa
cifice possent. ꝛ suis rebꝫ libere ꝛ li
cite vti et gaudere. publica iudicia
rōnabilissime inter hoīes eē cepe/
rūt ꝛ cōstituta sunt in politijs ꝛ ci
uitatibꝫ. finis em̄ introductoꝝ ta/
liū iudicioꝝ est trāqllitas et pax ī
cōmūitate ciuili ciuitatis vl' regni
Alio mō causat̄ iudiciū ad ꝓposi/
tū ꝑ actu ītellect⁹ q̄ q̄s credit ma
lū de ꝓximo. sic ei ōꝫ iudicare ō ꝓ/
ximo q̄ ex signis actibꝫ ꝛ habitudi
nibꝫ exterioribꝫ credit malū de ꝓ/
ximo. Et h̄ pōt multiplicit̄ fieri vt
colligit̄ ex dictis mgr̄i Nico. ō lyra
Math. vij. Et san. Tho. ij. ij. q. lx.
Primo mō ex facti euidētia vt cū
q̄s aliū iudicat homicidā. q̄ꝛ vidit
ip̄m interficere hoīē sine auc̄te le
gitime p̄stātis. Uel tu obligar̄ mi
hi et sciēter iuras q̄ nihil tibi mu/
tuauerim. vl' ego audio te blasphe
mare deū. et h̄ ñ ē peccatū. imo te
nemur sic iudicare de manifestis.
Quia sup̱ illo Ysa. Ue q̄ dicit̄ ma
lū bonū et bonū malū. ponentes
lucē tenebras ꝛ tenebras lucē dic̄
Hiero. Eiusdē criminis ē bonū lu/
cemq̄ꝫ cōtrarijs noīari noībꝫ. cui⁹
est malū ꝛ tenebras vocabulis ap
pellare virtutū. Scd̄o mō ex sig/
nis euidētibꝫ. vt si q̄s iudicat aliū
fornicariū. q̄ꝛ vidit eū nudū cū nu
da. solū cum sola. multotiēs ma/
nifesta sūt op̱a carnis. i. pcti. Exē/
plū etiā hui⁹. iij. Reg. iij. de mere/
tricibꝫ duabꝫ cōtēdentibꝫ corā sa
lomōe rege ꝑ p̱uulo viuo. Et hoc
silr̄ nullū est pctm̄ q̄ꝫtū ad iudica/
re p̄cise. Et illa duplicia iudicia nō
ꝓhibuit dñs. Tercio mō de occul
tis cordis vel alijs dubijs fit iu/
diciū nō ex euidētia facti. nec ex e/
uidentibꝫ signis sꝫ ex ꝯiectur̄ leui
bus signis ꝛ indicijs oīno insuffi
ciētibꝫ. ꝛ illud vocat̄ iudiciū suspiti
osū vel temerariū. qð iudiciū do
min⁹ ꝓhibuit h̄ vt vult Aug. ī de
s̄mōe dñi ī mōte. Et etiā ñ ꝓhibu
it iudiciū qð fit ex beniuolētia sed
ex animi amaritudīe vel aliq̄ ma/
la affectōe. vt vult Chrys. sup̱ illō
Mat. vij. Nolite iudicare. vbi di
cit. Dñs h̄ mādato ñ ꝓhibet xp̄i
anos ex beniuolētia alios corripe
sꝫ ne p̱ iactantiā iusticie sue xp̄iani
xp̄ianos ōspiciāt. et sol' plerūq̄ꝫ su
spitōibꝫ odiētes ceť̄os ꝛ dānātes.
Jlla ḡ duo iudicia dñs ꝓhibuit h̄
potissime q̄ ad vltimos duos ḡd⁹
de q̄bꝫ dicet̄. Et p̄mū iudiciū pro/
hibuit q̄ ad occulta et dubia. ꝛ se/
cūdum. s. q̄ ad oīa occulta ꝛ mani
festa. sp̱ em̄ peccatū ē. Et nō soluꝫ
ꝯ doctrinā xp̄i sꝫ etiā ꝯ legē natu/
re. Quia videm⁹ etiam int̄ bruta
aīalia eiusdē spēi sic eē. q̄ si p̱cipiāt
vnū īdiuiduū ex eis male h̄re do/
lēt. nō exultāt. imo nitūt̄ illud ad
iuuare ꝛ libare. vt manifeste ptꝫ ō
porcꝫ. Et ḡ aīal rōnale ꝯspiciēs ma
lū in alio sibi sil'i iniq̄ssime agit ꝓ/
ximo suo miseriā dilatādo ꝛ ō ea
exultando. cuius potius compa/
ti deberet et charitatiue consulere
et inquantum posset excusare. di/
cēte beato Bernardo sermone q̄r
to sup̱ cātica. Caue serue dei aliene

conuersatõis esse aut curiosus ex
plorator aut temerariꝰ iudex. etiã
si ꝓperã actũ cõprehẽdas. nec sic iu
dices ꝓximũ. magis aũt excusa in
tentõem si opꝰ nõ poteris. puta ig
norantiã. puta surreptõez. puta casũ
ꝙ si oĩno excusare ñ potes suade
nihilominꝰ tibĳpi et dicito apud
te. vehemẽs nimis fuit ista tẽpta
tio q̇d de me illa fecissꝫ si accepissꝫ
in me sibi ptãtẽ. ¶ Ex illis eli
ce scd̃m notabile. s. ꝙ qd̃libꝫ pre/
dictoꝝ triũ iudicioꝝ põt dupliciter
fieri. Prio beniuole et cõpassiue.
Scd̃o mõ maliciose ꝛ rigide. Hoc
iudiciũ temeritatis et suspitõis ita
est cõmũe ꝙ vt dicit Chrysostomus. nec fa
cile repies quẽq̃ꝫ nec p̃rem famili
as. neqꝫ claustralẽ exꝑtẽ huiꝰ erro
ris. Sũt aũt he diabolice tẽptati
onis insidie. Naꝫ q̇ seuere discutit
aliena nũq̃ꝫ ꝓprioꝝ reatuũ mere
bitur veniã. Et dicit Cyrillꝰ. Sedat
hic dñs pessimã passionẽ ꝯsciaruꝫ
nostraꝝ. q̃uis em̃ deceat aliq̇s se
circũspicere et s̃m deũ ꝯuersari. h̾
nõ faciũt sed examinãt aliena. Et
si videãt aliq̇s infirmari tãq̃ꝫ pro
priaꝝ passionũ obliti faciũt h̾ de/
tractõis materiã. ¶ Tercio notan
dũ est principaliter vt vult sanctꝰ
Tho. vt. s̃. ar. iĳ. ꝙ ꝓdictũ iudiciũ
suspitõis aut temerarium siue cor
dis siue exterioris excusatõis diffa
matõis ꝛc̃. vt plurimũ ĩ nobis fit
ex altero duoꝝ. Primo ex hoc qꝛ
aliq̇s in se malꝰ ẽ. Ex h̾ em̃ ꝙ q̇s
ꝯsciꝰ ẽ sue malicie faciliter de alĳs
malũ opinatur. s̃m illud Eccl. x. In
via stultus ambulãs cũ ipe sit in/
sipiẽs oẽs stultos estĩat. Alio mõ
ꝓuenit ex hoc ꝙ aliq̇s male afficitur
ad aliũ. cũ enĩ aliq̇s aliũ cõtẽnit ꝛ
ꝓuũ reputat faciliter de eo mala
credit et aliqñ dicit. vt eũ sic ꝓuipẽ
dat apud se et apud alios. vt se sic
magnificet et extollat. Etiã cũ ali/
q̇s aliquẽ odit aut ei irascitur aut in
uidet iteꝝ faciliter mala de eo cre
dit ꝛ dicit. et sepe ipiꝰ mala inq̇rit
ꝛ veraciter nõ vt eũ emẽdet. sꝫ vt
infamet ꝛ mordeat. Vñ Aug. Cer
tũ ẽ ꝙ de malo incerto neminem
iudicarẽ quẽ tanq̃ꝫ meip̃m dilige/
rẽ sed ꝯ̇fenderẽ sed excusarẽ q̃ꝫdiu
in publicũ nõ ꝓdirẽt. sed qꝛ carita
tẽ ꝑdidimꝰ faciliter alterutꝝ iudi/
camꝰ. ¶ Tercio specialiter iudiciũ
maliuolẽtie et seueritatis sepe ꝓue
nit ex hoc ꝙ hõ nõ cõsiderat mala
ꝛ defectus alioꝝ. Vñ Gre. iĳ. mo
raliũ. c. xvĳ. dic. Sũt nõnulli qui
nihil q̇dem virtutis agere studẽt.
sed tñ cũ alios peccare cõspiciũt iu
stos se in eoꝝ cõꝑatõe suspicãtur. ne
qꝫ em̃ corda oĩm vna culpa trans
figit. hũc nãqꝫ suꝑbia illaq̇at. illũ
ira supplãtat. hũc auaricia cruciat
illũ luxuria iñflãmat. et plerũqꝫ cõ
tingit vt is quẽ suꝑbia deꝑmit il/
lũ respiciat quẽ ira inflãmat. ꝛ ex
hoc se iã iracũdo apud semetip̃m
iustiorẽ deputat. et q̃si ꝯ̇ iusticia ex
tollitur. qꝛ pensare negligit viciuꝫ
q̇ g̃uius ipe tenetur. Plerũqꝫ cõtin/
git vt is quẽ auaricia cruciat aliuꝫ
in luxurie ignauia inspiciat. ꝛ qꝛ se
a pollutõe carnali alienũ respicit.
q̇bꝫ ipe sordibꝫ spũalis vicĳ intri/
secus polluatur non attẽdit. dũqꝫ in
alio pensat malũ qd̃ ipe nõ hꝫ in
se negligit cõsiderare qd̃ habet. sic
qꝫ fit vt dũ aliẽa disiudicãdo mẽs
ducitur ꝓprĳ iudicĳ lumĩe priuetur. ꝛ
eo durius cõtra aliena suꝑbiat q̇
sua negligẽtia ignorat. Ideo dicitur

Prouer.xviij. Justus ꝓmū accu/
sator est sui. Ubi Beda. Om̄is q̇
vere iustus est. vbi peccātiū errata
cōspicit. ꝓmū ad seip̄m oculū cōsi/
deratōis reflectit. dūqꝫ suā fragili
tatē sollicit⁹ accusauerit. se demuꝫ
ad corrigēdū alios linguam beni/
gnus exercet Quarto ꝓuenit iudi
ciū ex h̄ ꝙ hō libēter inquirit et ri
mat̄ dicta et facta alioꝝ. ⁊ signāter
defect⁹ et pctā nō ex necessitate vel
vtilitate. sed ex q̇dā desiderio scien
di aliena. qn̄ hō libent̄ loquit̄. vel
audit alios freq̄nt̄ loq̇ de absētib᷒
et fact꜡ eoꝝ. q̄ nihil ad se ꝑtinent.
vel q̄ in nullo pōt im̄itari. tl'es em̄
facilit̄ incurrūt suspiciosū iudiciū
sic vnusquisqꝫ pōt experiri quō se
pe ex leuib᷒ credidit mala de ꝓximo
q̄ ip̄emet postea cognouit falsa fu
isse. Jtē sepe retulit alijs silia Qui
ḡ vitare vult iudiciū temerariū ca
ueat p̄dicta qd̄ tn̄ pauci faciūt. q̄si
em̄ oīm hoīm pessimus mos est.
cū cōueniūt ꝙ solū de absentibus
loquūt̄ et ip̄os et eoꝝ opa vnā fa
ciūt materiā detractōis ⁊ temera
rij iudicij. ⁊ nō volūt noscere hm̄oi
pctā esse nec curāt de eis ꝯteri. ⁊ sic
pereūt in ip̄is sepissime. ¶ P
Quarto notādū ꝙ circa ista q̄tu/
or sūt cōsiderāda q̄ sūt tāqꝫ grad⁹
q̇dā. Primū est timor mali vt qn̄
nō suspicamur malū de aliq̄ time
mus tn̄ ꝙ malū qd̄ nō duꝫ euenit
possit euenire nisi diligent̄ p̄caue/
am⁹. et sic obfirmant̄ ser꜡ mona/
steria. et viuētes ꝓhibent̄ ab incau
tis familiarib᷒. nō q2 malū iam p̄
sumēt facere sꝫ timet̄ mali occasio
si nō p̄caueat̄. sic etiā claudim⁹ do
mus nr̄as ac cameras ⁊ cistas nō
q2 de aliq̄ singulari hoīe presuma
mus malū qd̄ factur⁹ esseꝫ circa res
nr̄as sꝫ timem⁹ malū qd̄ fieri pos
set si nō p̄caueret̄. q2 locus et tps
facit furē Et sic timere nō est pctm̄
nec malū imo rōnabile et bonuꝫ
q2 nō sūt dande hoībus occasiōes
malefaciēdi ¶ Scd̄m est suspitio
aut opinio mali de ꝓximo. aut dubi
tatō de ei⁹ bonitate. vt qn̄ hō ex le
uib᷒ signis ⁊ nō sufficiētib᷒ ad h̄ in
cipit dubitare de bonitate ꝓximi.
aut opinari malū de eo. ⁊ h̄ est ve
niale. q2 ꝓcedit ex hūana infirmi/
tate ⁊ fragilitate vt dicit Nicolaus
de ly. Et s. Tho. dicit ꝙ sit venia/
le ⁊ leue pctm̄. ꝑtinet em̄ ad tēpta
tionē hūanā sine q̄ ista vita nō du
cit̄. Ut habet̄ in glosa sup illud. i.
ad Chor. iiij. Nolite an̄ tps iudica
re. Et sup illd̄ ad Rom̄. xiiij. Qui
nō mādacat mādacātē nō iudicet
dicit glosa. Dubia in meliorē ꝑteꝫ
sūt interp̄tāda. et h̄ nō facit ille q̄
ex leuib᷒ signis dubitat de bonita
te alterius vel opis sui Jdē Beda
dic̄ in omel. hodierna. Qn̄ ḡ nihil
mali scio certitudinaliter. nec sunt
aliq̄ signa sufficiētia ad suspicāduꝫ
de eo malū. tunc teneor credere ꝙ
sit bonus. ⁊ si contrariū facio. s. ꝙ
dubito de bonitate sua ex leuibus
signis solū ⁊ ad h̄ nō sufficientib᷒
vel mere ex malicia cordis. tūc pec
co ad minus venialit̄ Proporcio
nabilit̄ intelligit̄ de ope ꝓximi qd̄
pōt bona intētiōe aut mala fieri.
Exemplū Si hac nocte essent tibi
subtracte. c. libre ⁊ nō scires q̇s fe
cerit. nec ex euidētia facti. vl' ex eui
dētib᷒ signis. nec aliūde haberes
magna signa q̄ merito causarēt ti
bi aliquē graduꝫ suspitōis de me.
tūc teneris credere ꝙ ego nō fece/

rim ꝛ si solū dubitas tūc peccas ve nialiter. Idē. Si vides colloquen tē virū ꝛ mlierē. ꝛc̄. teneris crede/ re. ꝛc̄ Et dico notāter. ꝛ nō habes aliunde notabilia signa q̄ merito causarēt suspitōnez. pono em̄ gra dus in suspitionib⁹ et etiā in signis ex q̄bus suspitōnes et coniecture oriunt̄. Ad ꝓpositū pn̄t applicari exempla q̄ btūs Aug⁹. ponit in q̄ dam omel. Ubi dicit Apta mala argui ꝛ iudicari debēt. Illa vero an bono an malo animo fiant qd̄ scire nō possumus. iudicare peni/ tus nō debem⁹. verbi grā. Uides hoīez freq̄ntius ieiunare cōgaude noli nimis laudare. qꝛ potest hoc ꝓ hūana gloria fieri. sed noli vitu pare. qꝛ pōt ꝛ ꝓ deo. ꝛ ꝓ anime sue remedio ieiunare. Uidisti aliū in dicto ieiūio publico velle prādere cū dilectōe admone. si dixerit se ꝑ stomachi lassitudīe ieiūar̄ n̄ posse Crede ꝛ noli iudicare. qꝛ vtrunqꝫ pōt fieri vt ꝓ gula vel luxuria prā dere velit ꝛ ꝙ ꝑ infirmitate ieiuna re nō possit. Uidisti alterū subdi/ tis suis cū seueritate disciplinā im ponere. et indulgētiā tardius da/ re. noli iudicare crudelem. qꝛ forsi tan nō fiebat morbo iracūdie. sed zelo discipline et amore iusticie. ꝓ pter illō qd̄ scriptū Zelus dom⁹ tue comedit me. ꝛc̄ In istis igitur ꝛ his similib⁹ q̄ vt ꝛ bono aut ma lo. aīo fiāt scire nō possumus me/ lius est vt ad ꝑtē dexterā animuz nr̄m declinemus. qꝛ tolerabilius est nos in h̄ ꝑueniri. vt eos q̄ ma/ li sūt bonos esse credamus q̄ꝫ vt cōsuetudine iudicādi etiā de bonis ꝙ malū est suspicemur. de istꝭ igit̄ rebus q̄ sūt deo note ꝛ nobis inco

gnite piculo se nos ꝓxios iudica/ mus De ipis em̄ dn̄s dixit Noli te iudicare vt nō iudicemini. De il lis vero q̄ apta sūt et publica ma la ꝛ arguere ꝛ iudicare cū charita te debēt ꝛ amore ꝛ possumus ꝛ de bemus. odio hn̄tes nō hoīem sed pctm̄. nō viciosū sed viciuz detestā tes morbū potius q̄ꝫ egrotū. Nā publicus adulter. raptor assidue ebriosus. ꝓditor supbus ꝛc̄. si iudi cati ꝛ castigati nō fuerūt implebit̄ in eis illud qd̄ btūs martyr Cypri anus de talibus dixit. Qui peccā tes verbis adulātibus palpat pec cādi fomitē subministrat. et ꝓprie illud nō vocat̄ iudiciū. sed leuis su spitio Q ¶ Terciū est iudiciū et firma sentētia de malo ꝓximi. vt qñ quis ex talibus leuib⁹ signis firmiter tenet in animo ꝙ ꝓxim⁹ sit mal⁹ ꝛ hoc ꝓprie est iudiciū sen tētiatiuū qd̄ imptat estiatōnez fir mā ꝛ sanā. Et h̄ est pctm̄ mortale si malū qd̄ iudicat de frē sit de ge/ nere mortaliū. Pctm̄ em̄ morta/ le est qd̄ cōtrariat̄ charitati. iudica re āt aliquē dicto mō est ꝯtra cha/ ritatē. Ita dicit Nico. de ly. Sꝫ. s. Tho. d. ꝙ si tale iudiciū est de ali quo graui tūc est pctm̄ mortale in q̄tū nō est sine cōtemptu ꝓximi. Uñ Glosa vbi s̄ subdit. Si ḡ su/ spitōes vitare nō possum⁹. qꝛ ho mines sumus. iudicia tn̄ t̄ diffini/ tiuas sentētias firmasqꝫ cōtinere debemus. ¶ Quartū est ꝓgressio in extrīsecū opus. vt qñ q̄s nō so/ lū ꝑdicto mō iudicat. sꝫ vltra hoc ꝓcedit ad exteriorē punitōez vt ad iniquā suspitōez accusatōez. diffa/ matōez. vl' aliā aliquā ꝓximi puni tionē. Et h̄ est grauius ꝑdictis. qꝛ

nõ solũ est ꝯ charitatẽ. sȝ ẽ etiã cõ/
tra iusticie eq̃tatẽ ¶ Diceret aliq̃s
q̃ sunt illa leuia signa ex q̃bus pri
mus nõ debȝ iudicare malos .ꝛc.
Vide s. Mat. in p̃ncipio. vij. ca.
Predicto q̃ mõ dñs itelligi voluit
cũ dixit [Nolite iudicare] et sequit̃
[Et nõ iudicabimini] Hoc nõ est
sic accipiẽdũ ꝙ qui nõ iudicat non
iudicabit̃ a dño. stat em̃ ꝙ ab aliq̃
pctõ sibi caueat ꝛ adhuc p alia me
reat̃ mortalia iudicari ꝛ cõdẽnari.
Sȝ vt dictũ ẽ alibi. Oĩs q̃ gladio
pcusserit. gladio peribit. intelligit̃
nõ ꝙ oĩs q̃ gladio pcutit. gladio
mortali moriat̃. sȝ illo pctõ qđ cõ
mittũt cũ alios iniuste gladio oc/
cidũt. seipos spũaliter interimũt
Pro q̃ pctõ ꝛ ipsi gladio animad
uersionis diuine sentẽtie pibũt. ni
si se corrigãt ꝛ emẽdẽt eo mõ vult
dñs. Si iudicabitꝭ alios ꝛ temere
et seuere peccabitꝭ mortalit̃ p quo
meremini iudicari ꝛ cõdẽnari. nisi
emẽdetis. ꝛ si nõ iudicabitis teme
re tũc p h̃ nõ incurretis pctm̃ mor
tale. quõ sitis indigni in iudicõ dei
cõdẽnari. Vel sic [Et nõ iudicabi
mini] .i. si nõ iudicabitꝭ temerarie
et maliciose de aliĩs. tũc dñs non
iudicabit districte ꝛ seuere đ pctis
vr̃is. ꝛ hec est magna gr̃a. Nullus
em̃ tã magne sctitatis est si p seue
ritatẽ diuie iusticie deberȝ iudica
ri qđ sibi videt̃ iusticia ĩiusticia ap/
peret. ppt̃ qđ dixit p̃s. Nõ intres
in iudiciũ cũ s̃uo tuo .i. s̃m glosaȝ
Nõ districte mecũ agas in futuro
iudicõ. qꝛ nõ iustificabit̃ ĩ ꝯspectu
tuo oĩs viuẽs. Nemo em̃ p seȝ p
dei gr̃aȝ põt libari. Grego. Sepe
iusticia nr̃a ad examẽ diuie iusticie
deducta. ĩiusticia ẽ. ꝛ sordȝ ĩ distri/
ctõe iudicis qđ in ocul' fulgȝ opan
tis [Nolite cõdẽnare] .i. nolite iu
dicare aliquẽ ꝯdẽnãdũ eẽ. qꝛ aliq̃s
est hodie pessim⁹ ꝛ forte erit bon⁹
vt in m̃ltis patuit [ꝛ nõ cõdẽnabi
mini] supple a đo p temerario vr̃o
iudicõ. Seq̃t̃ [dimittite ꝛ dimitte
tur vob] dimittite pxĩs pctã ĩ vob
ꝯmissa. ꝛ dimittet̃ vob. a đo pctm̃
vr̃ȝ quẽ sepe offendistis R Est
tñ notãdũ ꝙ t'lis dimissio dupl'r
p̃t itelligi Vno mõ q̃ztũ ad offen
saȝ. ꝛ h̃ nõ videt̃ aliud q̃ȝ remittere
odiũ. irã. ĩdignatõeȝ. ꝛc. ad illũ q̃
nob odio malũ ĩtulit. ꝛ h̃ est neces
sitatis ꝛ p̃cepti. qꝛ oẽm hoĩeȝ tene
mur diligere ex charitate Alio mõ
q̃ ad ĩiuriã ꝛ h̃ nõ est sp necta ꝭ. lȝ
sit supererogatõis. sicut ablatã sibi
pecũiã nõ tenet̃ q̃s dimittere aufe
rẽti. sȝ repetere p̃t. sic etiã p ĩiuria
sibi illata p̃t p emẽdã repetere r̃cõ
pẽsatõeȝ. s̃ȝ ordĩeȝ tñ iusticie. ꝛ ad
sic dimittẽdũ offẽsas dñt nos mul
ta mouere. Prĩo ꝯsideratõ diuĩe
offense. qꝛ deũ ĩcõpabilit̃ plus of/
fendim⁹ pctis q̃ pat⁹ est nobis di
mittere si dimiserim⁹ aliĩs. Scđȝ
est. qꝛ ñ dimittẽs sȝ vĩdictã q̃rens
p̃uat deũ illo qđ sibi res̃uauit. vñ
Deut̃. xxxij. Mihi vindictã ꝛ ego
retr̃buã. Terciũ ẽ mag̃ vtilitas quã
affert ĩiuriã cũ patient̃ sustient vl'
sufferũt. vt p̃us dictũ fuit in .i. ser.
Quartũ est qꝛ dimissio offẽse ma
xie sil'es nos effic̃ đo dicẽte Chry.
Nihil ita deo sil'eȝ efficit sic iniuriã
tibi faciẽti dimittere. In h̃ em̃ vt
ait Au. Nos añ oĩa mis̃icordes eẽ
voluit sic ꝛ ip̃e mis̃icors ẽ. Et circa
h̃ nota q̃ dicta s̃t circa illđ. Mat. v
Ego ãt dico vob ñ resistere malo.
seq̃t̃ [Date ꝛ dabit̃ vob] Beđ. Iu
bet nos dimittere ĩiurias et dare

bñficia. vt ⁊ nobis pctā dimittant
⁊ vita detꝛ eterna. Cyrillus. Ex aūt
ampliori manu accipiemus recō/
pēsatiōez a deo q̄ largiflue donat
diligētibꝫ eū ostēdit subdēs [Mē
surā bonā ⁊ cōfertā coagitatā ⁊ su
ꝑeffluētē dabūt i sinū vr̄z.] Theo
phil⁹. q. d. Sic farinā si sine ꝑcta/
te mēsurare velles cōferres eaz et
coagitares ⁊ suꝑeffunderes abun
de. Sic dñs mēsurā magnā ⁊ suꝑ
effluētē dabit in sinū vr̄m. Et h̄ to
tū nō signat aliud q̄ꝫ magnitudi/
nē celestis p̄mij q̄ deus remūera/
turus est suos citra cōdignū. q2 ꝓ
oꝑe bono. ⁊ elemosina dare vult
sui clarā visionē ⁊ bñdictā fruitōz
⁊ securitatē ⁊ inestīabile gaudiū q̄
incōꝑabiliꝛ meliora sūt q̄ꝫ volun
tas dādi sit bona etiā ꝓ tali voli/
tōne ⁊ tꝑali ⁊ breui vult dare bea
titudinē ꝑpetue duraturā. [Eadez
quippe mensura q̄ mensi fueritis
remetietꝛ vobis] Basili⁹. Qua em̄
mēsura vnusquisqꝫ nostrū mensu
rat in bñ oꝑando. aut peccādo ea
dez vel p̄mia vl' penas ferz. Theo
phil⁹. Et nō dixit in tāta mensura
remetietꝛ ei. sed in eadē. qui em̄ bñ
fecit bñ fiet ei qḋ est remetiri eadē
mesura. sed ꝑ suꝑeffluētē mēsuraz
dicit. Quia millies bñ fiet ei

Dñica quinta post trinitatis
Sermo. lvij.

Cum turbe irruerēt in iesuz vt audi
rent verbū dei. Luce. v.

S Irruere in aliquē est in eū
cadere ⁊ ipigere. Tātū aūt fuerat
turbarū desideriū ad audiendum
xp̄m vt eū cōꝑmerēt. Unde dicit
Chrys. Erāt ei cōnexi eū diligētes
⁊ mirātes ⁊ tenere cupiētes. Quis
em̄ discessissꝫ ab eo miracula faciē
te. Quis noluisset faciē ei⁹ glorio
sam videre. ⁊ amare os diuina lo
quens. nec em̄ fuit solū āmirabil'
in agēdo miracula. sed ⁊ visus ei⁹
abundabat plurima gratia. Uñ
⁊ loq̄ntē eū audiūt in silētio seriez
locutionis nō interrūpētes. dicitꝛ
em̄ [vt audirēt verbuz dei.] trahe/
bat em̄ ad se turbas cū impetu de
siderij sicut adamas ferrū vt audi
rēt verbū dei. Mittebat ei in eos
famez ꝟbi dei sic ꝓmiserat Amos
viij. Mittā inq̄t famē in terrā. nō
famē panis. sed desideriū audien
di verbū dei Fames illa q̄ est appe
titus cibi sp̄ūalis est donum salua
toris ⁊ signū salutꝭ. sic appetitus
cibi corꝑalis est signū sanitatꝭ cor
poralis. ⁊ fastidiū hui⁹ cibi signuz
est languoris sp̄ūalis. Uñ in p̄s.
Omē escā abominata est aīa eoꝝ
idest tediū habent de verbo dei q̄
ip̄a aīa viuit ⁊ subditꝛ. Et appropi
quauerūt vsqꝫ ad portas mortis
idest vsqꝫ ad defectū aīe. [Et ipse
stabat sec⁹ stagnū genezareth] .i.
mare galilee. Et dicitur stagnum
eo q̄ aque sine fluxu stant. [Et vi/
dit duas naues stantes secus sta/
gnū. Una erat petri ⁊ andree. alia
zebedei ⁊ filioꝝ eius] .s. Johānis
⁊ Jacobi. [Piscatores aūt descen
derūt vt lauarēt retia] tota ei no/
cte occupati oꝑe piscatōnis nihil
ꝑ̄ceperūt. Uñ fatigati lauabāt
retia vt ea cōplicarēt. [Ascendens
aūt in vnā nauim q̄ erat symonis
rogauit eū a t̄ra reducere pusillū.]
Sic em̄ cōprimebāt eū vt cōpelle
retꝛ nauiz cōscēdere. Dicit Theop.

Uide xpi mansuetudinē quō ro/
gat petrū ⁊ petri obediētiā. quō in
om̄ib⁹ fuit obediens. et in h̄ dedit
formā p̄latis vt libenti⁹ moneāt
q̄z p̄cipiant. et magis amari q̄z ti/
meri [Et sedens] tanq̄z doctor au
ctoritate vtēs [docebat de nauicu
la turbas] Post doctrine mani/
festatiōez congrue sequit̄ miraculi
operatio. vt veritati doctorū fidē p̄
stet miraculū. Unde subdit̄. [Ut
autē cessauit loqui dixit ad symo/
nem. Duc in altū ⁊ laxate retia ve
stra in capturā] ¶ Ubi innu
unt̄ aliqua p̄dicatori expedientia
Primū est sublimis conuersatio.
et p̄fecta vita in operibus bonis. et
hoc tangit̄ cū dicit̄ [Duc in altū]
Unde ysaie. iiij. Supra montez
excelsum ascēde tu q̄ euāgelizas sy
on. Secundū est veritatis p̄dica
tio q̄ tangit̄ cum dicit̄. [Laxate re
tia] Illa eīn duo debent esse ꝯiun
cta in p̄dicatore exēplo saluatoris
q̄ cepit facere et docere. Actu. j. Et
dicit Gre. Cui⁹ vita despicit̄ restat
vt eius p̄dicatio contēnat̄. Et deb3
p̄dicatio veritatis esse explicita et
doctrinalis. qd̄ innuit̄ cū dicitur.
[Laxate] .i. explicate et exponite
sacrā scripturā. Terciū est recta in
tentio que innuitur cum dicitur
[In capturā pisciū] nō p̄pter va/
nam gl̄iam. non p̄pter adulatōez.
nō propter lucrū ⁊ questū sed pro
pter hominū edificatōem [Et rn̄/
dens symon illi. Preceptor p̄ to/
tā noctē laborātes nihil cepimus.
in noīe aūt tuo laxabim⁹ rete. Et
cū h̄ fecissent cōcluserūt pis. multi
tudinē copiosam] Nisi eīn in ver/
bo dn̄i p̄dicatores sniāz fidei ꝓnū
ciarēt nūq̄z m̄ltitudinē copiosam
credentiū ꝯcluderēt. Quia vt dicit
Ambro. Non est hūane facundie
sed opus sup̄ni numīs. Et d. Gre
gori⁹. Frustra exteri⁹ laborat do/
ctoris lingua vbi sp̄ūsctūs interi⁹
nō adest. Nota q2 d nauicl'a petri
turbas docuerat. ideo vt dic̄ Chry
so. duplicē remuneratōez ei tribu
it. Quia p̄mo dedit ei multitudi/
nē pisciū copiosam. deīde fecit eū
discipulū [Rūpebat āt rete eoꝝ]
ex q̄uitate pisciū [Et annuerūt so/
cijs q̄ erāt in alia naui] p̄ nutum
quia dicit Chrys. Ex stupore mi
raculi loq̄ nō poterāt [vt venirēt
⁊ adiuuarēt eos ⁊ venerūt ⁊ ipleue
rūt ambas nauiculas ita vt pene
mergerent̄] Et hoc fuit miraculuz
q̄ intra vnū rete tāta cōcluderet̄
pisciū multitudo [Qd̄ cū vidisset
symon petr⁹ p̄cidit ad genua iesu
dicēs. Exi a me q2 hō pctōr sū do
mīe] Ecce petri hūilitas. Nā vt di
cit Cyrillus. Petr⁹ rediēs ad ꝯsci
entiā delicta tremuit. ⁊ velut imū
dus mūdū nō credit posse suscipe
Est eīn sil'e qd̄ cēturio dixit Dn̄e n̄
sū dign⁹ ⁊c̄. Mat. viij. ⁊ sic hūiliā
do se nō expellebat dn̄m s3 magis
attrahebat [stupor eīn circūdede
rat eū. et oēs q̄ cū illo erāt ī cap. pi
sciū q̄s cepant. Sil'r aūt ⁊ iacobū
⁊ iohez filios zebedei q̄ erāt socij
symōis. Et ait ad symonē ih̄s. no
li timere] Amb. Dic ⁊ tu exi a me
dn̄e. q2 hō pctōr sum vt rn̄deat ti/
bi deus. Noli timere indulgenti
dn̄o pctm̄ fateri. bon⁹ ē eīn dn̄s
⁊ benign⁹. [Et h̄ iā hoīes eris ca/
piēs] id ē ex h̄ qd̄ factū ē siḡt q̄ ho
mines capies. Beda. Dn̄s expōit
eis qd̄ hec captura pisciū siḡt. s. q̄
ip̄e sic nūc p̄ retia pisces. sic aliq̄n

p̱ v̾ba sit captur⁹ hoĩes. vel ex h̄
ꝙ sic te hũiliasti habebis officium
capiẽdi hoĩes. Beda. Nondũ ĩ di
scipulũ eligit̾ sed p̄dicat̾ ꝙ aliqñ sit
eligend⁹ [Et subductis ad terram
nauibꝫ: relictis oĩbꝫ secuti sunt eũ]
ad tp̱s. qꝛ ƒm glo. adhuc habebãt
voluntatẽ redeũdi ad ꝑpria. Ubi
ƒm Chryso. ꝯsiderãda est eoꝝ obe
diẽtia. hñtes em̃ op⁹ p̄ manibꝫ ap
petibile piscatõis mandatũ tñ do
mini nõ distulerũt sed relictis om
nibꝫ seq̃bant̾. talẽ em̃ obedientiaꝫ
req̇rit a nobis xp̄s vt eã nõ p̄ter-
mittam⁹. etiã si aliđ valde necessa
riũ vrgeat ¶ Et nota ꝙ ter le
gunt̾ apl̾i a dño vocati. Pria vo
catio fuit imediate post xp̄i bap-
tismũ qñ iohẽs videns xp̄m dixit
Ecce agnus dei. ⁊ tũc secuti sũt euꝫ
duo discipuli iohis. andreas ⁊ ali⁹
cui⁹ nomẽ tacet̾ Joh .i. Et ãdreas
vocauit petꝝ. et crastino de mane
cũ xp̄s exire voluit in galyleã vo-
cauit philippũ q̇ duxit secũ natha
nael. vt dicit̾ Joh. j. Et hec vocatõ
fuit solũ in quandã noticiã. Secũ
da fuit in captura pisciũ. de q̄ h̄ dꝛ
⁊ illa fuit in q̄ndã familiaritatem.
Tercia fuit đ q̄ dꝛ Math. iiij. qñ
relictis oĩbus secuti sunt dñm nõ
reuersi ampli⁹ ad piscationẽ. ſ; in-
tendentes doctrine xp̄i. Et illa vo
catio fuit ad apostolatũ. Alij vero
dicũt ꝙ illa vocatio de q̄ loquit̾ h̄
Lucas est eadẽ cũ illa de q̄ loquit̾
Mat. iiij. ⁊ Mar. j. q̄ vocati sũt sim
plicit̾ ad societatẽ xp̄i. et hoc videt̾
veri⁹. qꝛ hic dꝛ [Relictis oĩbꝫ secu
ti sunt eũ.] q̇ modus loq̄ndi ꝑp̄e
nõ cõueĩt nisi adherentibꝫ xp̄o to
taliter. Etiã qꝛ hic dꝛ petro a xp̄o.
de cetero vacabis p̄dicatõni. ¶ Et
nota ꝙ domin⁹ magis elegit pi-
scatores in officiũ p̄dicatõis euan
gelice q̄ꝫ ceteros artifices ꝑpter h̄
vt dicit Chrysos. qꝛ ars piscatoria
magnã silitudinẽ hꝫ cũ arte p̄dica
toria. Nã sic q̇ retia iactat ĩ aquaꝫ
nescit q̄s pisces cõprehensur⁹ est.
sed illi intrãt q̄s de⁹ trãsmittit ei:
sic et doctor q̇ diuini ƒmõis iactat
retia sup̱ populũ nescit q̇ sũt acces
suri ad eũ nisi q̄s de⁹ excitauerit.
vt adhereãt doctrine ei⁹. Et dicit
Amb. li. iiij. sup̱ Lu. Retia aploꝝ
sunt v̾boꝝ cõplexiões et q̄si q̇daꝫ
orõis sin⁹ q̇ eos q̄s accep̱it nõ a-
mittit. captos nõ ĩterimit. ſ; reser
uat ⁊ in lucẽ de ꝑfũdo extrahit flu
ctuãtes ⁊ de ĩfernis ad sup̱na trãs
ducit in limo ꝑfundi latẽtes ¶
Ulteri⁹ notãdũ ꝙ dñs a p̄ncipio
p̄ncipales euãgelij p̄dicatores vo
cauit et ꝯstituit hoĩes rudes ⁊ illit
teratos ⁊ maxime piscatores Pri
mo ꝑpt̾ h̄ vt xp̄i diuĩa ptãs ex hoc
oñderet̾. q̇ subito inhabilissimos
facere potuit tã sublimes ⁊ sapien
tes in sciã sicut postea fuerũt facti
ꝙ null⁹ mortaliũ eis valuit ꝯpa-
ri. Unñ rep̱to ꝙ Petr⁹ ⁊ iohẽs fu
issent hoĩes sine lr̃is et idiote tur-
be valde ãmirabant̾. vt dꝛ Act. iiij.
Itẽ Hilari⁹. ij. de trini. dic̃. Queri
te et intelligite an mirabilius fuit
mortuũ excitasse. an imp̱ito tãtaꝫ
sciam doct̾ne ĩtimasse. Scđo ꝑpt̾
hoc vt hũana sup̱bia de suis fact̾
cõfunderet̾: vidẽs tã imp̱itos taꝫ
sũmos effectos ĩ sciã ꝑfũdissima
absq; labore. ſ; simp̱lici dei dono.
ad quã phi neq̄q̄ꝫ p̱tigere potuerũt
Silr̾ ne aliq̇s (q̇ forte sibi sciolus
videret̾) ad eccl̾iam veniẽs estima
re posset ꝙ xp̄s h⁹ sciã op⁹ habe-

ret ꝑ eccl'ia sua fundāda. ꝛ ꝗ simpli
ces et idiotas subito sublimes in
sciētia fecit ꝙ oēs viderēt ꝙ hūa/
na scia nō indigeret q̇ q̄ntūlibȝ in
eptos sine labore sūmos docto/
res facere posset. Tercio vt fidei
ꝟitas omino insuspecta manerꝫ
eo ꝙ nullo mō est verisil'e ꝙ aliq̇s
magꝰ vel nigromāticꝰ cōuocaret
ad se hoīes rudissimos ꝛ incapa/
cissimos doctrine q̄s informaret ī
arte magica q̄ magne ē subtilitatꝭ
ꝛ longo studio ab hoībꝫ subtilissi
mis ꝛ lr̄atissimis vix acq̇rit̃. et per
ꝯseq̄ns nō poterāt esse suspecti de
arte magica ꝛ nigromātia. ꝛ maxi
me cū essent paupes et infimi ho/
mines nō inueniebant̃ cupidi ho
noris diuitiaꝝ. deliciaꝝ. nec pro se
nec ꝑ eoꝝ amicis. ꝛ subierūt mor/
tē ꝑ doctrina quā affirmabāt. igit̃
nullo mō poterāt eē suspecti ꝺ fal
sa doctrina. Quarto vt ꝓphetie ꝺ
p̄dicatoribꝫ euāgelij implerēt̃. vñ
Hiere. xvj. ita ꝓphetatū est ꝺ eis.
Ecce ego mitto piscatores multos
dicit dñs et piscabūt eos. ꝛ Ezech.
xlvij. Et stabūt sup illa piscatores
ab engaddi vsqȝ ad engallū sicca/
tio sagenaꝝ. Ubi dicit Hiero. Ex
isti sunt piscatores de q̇bꝫ ꝺꝛ ī euā
gelio. Uenite post me faciā vos pi
scatores hominū ꝛc̄.

Dñica sexta post trinitatis
Sermo lviij.

AMen dico
vobis nisi abūdauerit
iusticia vr̄a plꝰ q̄ȝ scri/
baꝝ ꝛc̄. Math. v. A Augꝰ. x.
de ciui. dei dicit. [Nisi abūdauerit
iusticia vestra plꝰ q̄ȝ scri.] ꝛc̄. i. sup
illos q̇ soluūt et docēt qꝛ ꝺ his ali
bi dictū est Mat. xxiij. Dicūt ꝛ nō
faciunt. ac si dicat dominꝰ Nisi ita
abūdauerit iusticia vr̄a vt vos nō
soluatis sȝ potiꝰ faciatꝭ qꝺ docetꝭ
nō intrabitꝭ in regnū celoꝝ. Sūt
nāqȝ m'lti q̇ male viuūt sȝ bñ do/
cent. de q̇bꝫ ꝺꝛ Mat. xxiij. Sede/
būt sup̄ cathedrā moysi. q. d. fa. s.
o. aūt e. nō s. Dicūt em̄ ꝛ nō faciūt
Et qꝛ hoc nō sufficit ad salutē. ꝛ iō
dñs discipul' suis et alijs p̄latꝭ ec
clesie dicit. [Nisi abūda. iu. vr̄a.]
scȝ vt faciatis qꝺ docetis [plꝰ q̄ȝ
scribaꝝ et phariseoꝝ] q̇ dicūt ꝛ nō
faciūt [nō intrabitꝭ regnū celoꝝ]
Uel etiā iusticia eoꝝ fuit ī exterio
ri opatōe tm̄ ꝛ nō ī recta intentōe
Uñ Mat. xxv. Oīa opa faciūt vt
videant̃ ab hoībus ꝛ illa iusticia n̄
sufficit ad vitā eternā. sȝ opȝ ꝙ vt
dicit apl'us. j. ad Cho. x. oīa ad glo
riā dei facere. Et iō ꝺic̄ dñs [Nisi
abūdauerit iu. vr̄a Et p̄mū referri
pōt ad scribas. scꝺm ad phariseos
[Audistꝭ qꝛ dictū ē antiq̇s] Notā
dū ꝙ dñs ī ſmōe suo in mōte nō
edidit noua p̄cepta moralia. sȝ vt
p̄ceptoꝝ decalogi veꝝ ītellectū de
clararet et errores circa ea exclude
ret aliq̄ ipoꝝ replicauit. Et p̄mo il
lud [Nō occides] De q̄ ī p̄nti euā
gelio legit̃. ꝓpt̃ qꝺ ꝺꝛ [Audistꝭ qꝛ
dictū ē antiq̇s] nō ꝙ ī mōte synai
fuerūt illi q̇bꝫ xp̄s p̄dicauit. sȝ ꝙ a
pentibꝫ suis audiuerūt antiq̇s q̄
fuer̄t circa montē synai tp̄e moysi
dictū fuisse [Nō occides. Qui aūt
occiderit reꝰ erit iudicio] mortꝭ cor
pal'. iux̄ illꝺ Geñ. ix. Quicūqȝ effu
derit hūanū sāguinē fūdet̃ sāguis
eiꝰ. ꝛ Exo. xxi. Quicūqȝ pcusserit
hominem volens occidere morte

moriat. Et iō dic. iudicio. i. si i iudicio māifestū erit ipз ꝑpetrasse homicidiū. Si occultū tūc ꝑtinet ad forū iudiciale dei ₇ nō hois. B ¶ Notādū q̄ vt vult Joseph⁹. xij antiq̄tatū. Volūtas sola non est pctm̄ nisi exeat in exteriorem actū et ita ſm eū interiori actu solo nisi comitet exterior act⁹ malus nō peccat. Sed h̄ est valde irrōnale ₇ etiā cōtra gētiles morales phos Arestotilē Senecā ₇ alios. Tota em̄ rō et radix pcti sumit ab actu liberrimo qualis est iterior electō volūtatis nec est pctm̄ nisi liberū ₇ ꝓpt hoc in amētib₉ ₇ puer͛ n̄ ponit pctm̄. Jn hūc aūt errorē cōmunit iudei ꝓlapsi erāt ꝓpter ruditatē eoꝝ ₇ grossiciē. Et iō hoc p̄ceptū non occides tm̄ de manifesto homicidio qđ exteriori actu fit intelligūt credētes h̄ solū isto p̄cepto ꝓhibitū. Quem errorez dn̄s tollere voluit ₇ verū intellectū eis aperire. Vn̄ Aug⁹. cōtra faustū. Judei nō intelligebāt homicidiuз. nisi ꝑ ꝑemptionē corꝑis hūani q̄b₉ aꝑuit dn̄s oēз iniquuз motū ad nocēdū fratri in homicidij genere deputari. Et ita ꝑ h̄ p̄ceptū [Nō occides] ꝓhibētur om̄es modi homicidij volūtarij et sine auctoritate legitime potestatis siue homicidiū tale sit facto exteriori vel verbo. vl' mēte cōsentiēdo in mortē alteri⁹. vel eā cupiendo. aut negligentia. qn̄ a morte nō liberamus quem possumus. iuxta illđ Ambro. Pasce fame. ₇c̄. Similiter occisiōз ex negligētia in custodiēdo ꝓpriaз vitā. et occisionē q̄ fit ꝑ inordiatā potus aut cibi sūptōeз. Similiter q̄ fit ꝑ indiscretā abstinētiā et sic de alijs modis. Similit ꝓhibet oīe nocumētū et omnis lesio hois in naturalib₉ suis etiā citra mortē. vt sꝫ mutilatō verberatō ₇c̄. Jmmo ꝓhibet om̄is inordinat⁹ motus et spēs ire. iuidie ₇ odiū taliū interiorū motuū ex q̄b⁹ solēt homicidia ₇ talia exteriora nocumēta oriri. ₇ h̄ vult saluator cū dicit. [Ego aūt dico vobis]. q. d. Ego autē qui veni nō soluere legeз ſꝫ adiplere [Dico] nō solū ꝓhibēdo factū. sed animi motū qꝛ [quicūqꝫ irascit fratri suo re⁹ ē iudicō [.i. dign⁹ erit accusatōe apud iudicē. [Qui āt dixerit fratri suo racha reus erit cōcilio.] Racha ſm Aug⁹. Chry. ₇ Hieronimū diuersimode exponit. et tn̄ idē volūt in snīa. s. q̄ sit q̄daз vox ꝓrūpēs ex ira significās ꝑuipēsiōз leui pēsionē vel vilipēsionē. vel est vox interiectiua q̄ orit ex indignatōne vel cōmotione cōtra aliqueз queādmodū ach ₇ cōsilēs signant dolorē [reus erit cōcilio] .i. cōsensu iudicū de snīa dāda cōtra eū et dictāda sibi pena. qꝛ pctm̄ eius venit in noticiā hominū ꝑ exteri⁹ signū ₇ sic cōciliū. i. pene infligēde determinatō peior ē q̄ꝫ iudiciū. i. sola accusatō vbi adhuc dat locus defensioni. Jta ira scđa q̄ ꝓrumpit in signū ꝯtumeliosū ceter͛ ꝑib₉ peior est q̄ꝫ p̄ma que retinet in corde. qꝛ q̄ ad irā ₇ motū interiorē si sunt similes tūc sūt eq̄lis culpe ₇ in eruptōne est vltra. s. cōtemptus ₇ ablatio hois ꝓximi ꝑ verbū cōtumeliosū. ₇ etiā ꝑ verbū vel factū cōtumeliosū irascēs turbat et ꝓuocat ad irā illū cui irascit. Seq̄t [Qui dixerit fratri suo fatue re⁹ erit gebēne ignis] .i. q̄ ex ira ꝓcesserit ad

Concilium peius quam Judicium

vicia et verba determīate cōtume lie. De istis vide plenius in lctūra sup Mat. ¶ Diceres. tamen xp̄s dixit discipulis suis. Luc. xxiiij. O stulti et tardi. etc. vide ibidē de ira. ¶ Nota q̄ pter mala q̄ infert corpi ira mala est anime et recitet opinio senece q̄ mala inducat ira. q̄ excecat rōez in q̄ totū anime bonū existit et ipellit ad iniurias. etc. Et postea Arest. et homeri. ex quo patet q̄ rephēsibilis fuit. Scti vero doctores Aug⁹. Hiero. Chryſ. et Grego. v. moraliū. Et. s. Tho. ij. scdē. q. clviij. ꝯsiderātes hūanā vitā et adiuti p sacrā scp̄turā dicūt q̄ aliqn̄ irascedū sit et sine pctō. immo casus occurrit in q̄ si hō nō irasceret ipe peccaret vt ptēbit Scdo notādū q̄ duplex est ira. qdā rōnē pueniēs. et est naturalis motus q̄ nō est i ptāte nr̄a. illa nō est pctm̄ si ei nō sentiat. vt vult Aug⁹. et etiā Cassiodor⁹ sup illo p̄s. Irascimini et nolite peccare. imo est materia exercende virtutis si ei statim resistat aut refrenet et cōtemnetur fm rectā rationē. Alia est ira quā q̄s assūpsit deliberate aut cui non resistit ꝫ volūtarie cōtinuat. Tercio notādū. Ira nō est nisi ipetuosus et feruēs appetitus vindicte. et talis potest esse bona et mala. et pmo dicā qn̄ sit mala seu pctm̄. et hoc fit mltipliciter fm. s. Thomā secūda scdē. q. clviij. ex multiplici difformitate ad rectā rōnez et defectu circūstātiaꝝ. et potissime fit mala ex quatuor. Primo si quis appetat punire illū qui non meruit. Scdo si vltra q̄z meruit. Tercio si nō seruat legitimū ordinē iusticie. Et q̄rto si nō bona intētione et propter debitū finē vt si quis appetat vindictā solā sic vl' vt ipse dicat bonus iustiarius. vel pter lucrū vel pp̄ satiare appetitū i vindicādo. et pter h̄ fit mala et pctm̄ si fit indebito tpe. indebito loco. et ex q̄titate sua. vt qn̄ immoderate feruescit fit mala etiā si iniusta vindicta appetat et sic illa ira mala vocat ira p viciū. ¶ Quarto notādū qn̄ ira sit mortale vel veniale. De hoc vide scda scde. q. clviij. de iracūdia. Sed ira volūtaria si sit moderata et debito tpe fiat et loco et ex rōnabili causa et appetat iusta vindicta et pter debitū finē q̄ est fm san. tho. ij. ij. q. clviij. emēdatō peccantis vel cohibitio ei⁹ et q̄es aliorꝫ vel iusticie cōsuatio aut dei honor. tūc ē bōa et licita. et vocat ira p zelū. et in multis casib; valde necessaria. Vn̄ Chryſ. Et nota exemplū de cyrurgico etc. ¶ Notandū q̄ ira p zelū pōt dupliciter fieri. Primo q̄ pueniat rōem ita tn̄ q̄ qn̄ hō sentit eā adhuc voluntarie nō cōtinuat sed moderat eā vt nō fiat nimis intēsa. et stat etiā in aliis licitis. tn̄ adhuc est valde cauenda. q: mltū piculosa. q: de natura ire est impedire rōem vel minuere. Et ḡ cū puenit rōnem difficulter poterit rō recte iudicare durante passiōe. sed faciliter impellit hō p irā ad iniustam vindictā appetendū vel exercendū. ergo doctrina est vt homo tali ire stati vt papit eam resistat ipam excludēdo totaliter ne aliquā penaꝫ infligat donec deferueat ira exēplo pytagore. Secūdo potest cōtingere ira p zelum. sic q̄ hō primo cognoscat peccatū alteri⁹. et p rationem

